EPISTOLA
PETRI WESSELINGII
AD
VIRUM CELEBERRIMUM
H. VENEMAM
DE
AQUILAE IN SCRIPTIS PHILONIS JUD. FRAGMENTIS ET PLATONIS EPISTOLA XIII. &c.



TRAJECTI AD RHENUM.
Apud HERM. & JOH. BESSELING.
MDCCXLVIII.

Naemlijst van Boeken, die gedrukt, of te bekomen zyn by HERMANNUS BESSELING.

Arbuthnotii, (Caroli) eruditi Angli Tractatus, exhibens Tabulas antiquorum numismatum, mensurarum & ponderum veterum Hebraeorum, Graecorum & Romanorum; Inque iis simul agitur de eorum divitiis, luxuria, re nautica & mercatura, ante hac anglice editus, sed nunc propter operis praestantiam, ut & aliis nationibus usui esse possit, in linguam Latinam conversus, & dissertatione, seu novo capite de Veterum navigatione auctus studio viri Doctissimi, Danielis Koënigii, Med. Doct. pie denati. In fine operis comparent tabulae aeri incisae, in quibus, monetae, mensurae & pondera dictarum gentium ad Anglorum monetam & pondus redacta exhibentur. Opus omnibus antiquariae Rei studiosis percommodum atque utile, multorumque auctorum testimoniis confirmatum. Forma, ut vocant, 4. sub praelo, mox edendus.

Aristaeneti Epistolae, curante J. C. de Pauw, Gr. & Lat. 8.

Arntzenii (Joann.) Dissertationes binae, quarum prior agit de Colore & Tinctura Comarum, posterior de Civitate Romana Apostoli Pauli, 8.

Algemeene Historie, van het begin der wereld tot den tegenwoordige tyd, beschreeve door een Gezelschap van Geleerde Mannen in Engeland, met Aantekeningen vermeerderd, 13. deelen met Platen en Kaarten 4., De volgende deelen op de pers.

——— ——— op groot papier.

Bort (Mr. Pieter) nagelatene Werken, vervattende allerhande Observatien, Advysen in Zaken van Consideratie &c. voor desen nooit in het licht gegeven, dienende tot een Aanhangsel, of 2de deel van alle desselfs Werken, met nodige Registers voorzien. Fol.

Brencmanni Epistola ad V. C. Fr. Hesselium, 4.

Burmanni (Casp.) Trajectum Eruditum, 4.

Blasii Caryophili Opuscula de Marmoribus antiquis, & Paschalis Caryophili Dissertationes de Thermis Herculanis, & Thermarum usu, cum Fig. 4.

Clerq Thesaurus Geometriae Practicae, cum Fig. 8.

Ennii Fragmenta, accurante Fr. Hesselio, 4.

Hugo. (H.) De Prima scribendi Origine & universae Rei Literariae Antiquitat. cum Not. C. H. Trotz, cum fig. 8.

Index Lucianeus sive Lexicon Lucianeum, Auctore C. C. Reitzio 4.

J. G. Michaëlis Observationes Sacrae, 8.

J. Verri Bassanensis de Raptu, 8.

Lardners Geloofwaerdigheid der Evangeli geschiedenissen, 4.

4. deelen, 4. de volgende Deelen op de pers.
Lucianus de Calumnia, cum Notis J. Tollii, Gr. & Lat. 12.
Meulen (G. vander) Dissertationes Philologicae de die Natali Mundi, 2 tom. 4.
——— ——— ——— De Ortu & Interitu Imperii Romani & de Sanctitate Summi Imperii Civil. cum Fig. 12.
Kerkelyke Outheden van de XVII. Provintien, 19 deelen. 8.
Aanhangsel op de Kerkelijke Oudheden behelsende, I. Van Ryns Algemeene Voorrede op dat werk, eertijds alleen voor de druk in Folio geplaatst, II. Lijsten der Proosten en Dekenen van de vyf Capitulare Kerken van Utrecht; waar achter gevoegt zyn LIX. onuitgegeven ouwde instrumenten en brieven. III. Lysten der Proosten en Dekenen van West-Vrieslant, waar achter volgen XXIX. ongedrukte instrumenten en brieven. IV. Een brief aan de Heer Cornelis Paulus Hoynck van Papendrecht, Aertspriester te Mechelen, wegens de dwalingen in desselfs Lyst der Domproosten, die hy in het derde deels eerste stuk van zyn Analecta ingelast heeft, begaan; waar achter geplaatst zyn XII. onuitgegeven ouwde instrumenten en brieven, uit de origineele handstukken afgeschreven. Uitgegeven door den Heer Professor A. Drakenborch in 8.
Optatus Milevitanus de Schismate Donatistarum, studio Eliae du Pin Fol.
Otto de Aedilibus Coloniarum & Municipiorum, 8.
Rau (J. E) Monumenta vetust. German. ut puta de Ara Ubiorum in C. Corn. Taciti I. Annalium, Libro duo. Tum de tumulo honorario Caji & Lucii Caesarum, 8. cum Fig.
——— Diatribe de Synagoga Magna, 8.
Regle de cinq Ordres d'Architecture de S. B. de Vignole. avec fig. 8.
Sellii (G.) Historia Naturalis Teredinis Marinae, cum Fig. 8.
——— in Nederduitsch, 8.
——— Vindiciae Methodus Heineccianae, 8.
Scriverii (P.) Opera Anecdota Philologica, & Poëtica, 4.
——— ——— Charta Major.
Vinck Amoenitates Philologico Medicae, 8.
Voorda (J.) ad Legem Falcidiam, 8.
Vonck (Corn. Valer.) Lectionum Latinarum libri duo, 8.
Wesselingii Observationes, 8.
——— Probabilium liber singularis, 8.
——— Diatribe de Judaeorum Archontibus, 8.
Wielingii Orationes duae de Sanctione Pragmatica Divi Caroli VI.
—— —— Apologeticus. Accedit V. J. Blondeel Dissertatio Academica de Legibus.
—— —— het zelfde in het nederduis.

VIRO CELEBERRIMO
H. VENEMAE
S. D. P.
P. WESSELINGIUS.

Um jucundiſſime ſuperiore aeſtate una eſſemus, ſermonesque inter nos de litteris conferremus, meminiſti, Amicorum integerrime, mentionem Platonis, atque ut varia ſunt iſta colloquia & ſaepe aliud ex alio elicientia, Philonis etiam Judaei incidere, meque vindicias illius Epiſtolae XIII., & de Graeca veteris Teſtamenti verſione, qua hic uſus fuit, nonnihil polliceri: cujus quidem promiſſi fidem cur paullo ſpiſſius liberem, cauſſas ex homine occupatiſſimo non requires; id potius pro vetere amicitia poſtulanti dabis, ut arbiter controverſiae ſedeas & re diligenter expenſa ſententiam ex aequo & bono feras. Ordiar cum Philone, in cujus ſcriptis juxta mecum noſti, Praeſtantiſſime Venema, egregia virum eruditione non multis abhinc annis verſionis Aquilae (*a*) veſtigia animadvertiſſe; quae ſi vere illis inpreſſa fuerint, fatendum utique erit, cum interpretatio illa centum ferme annis poſt Judaei hujus aevum ſit abſoluta, aut commentarios iſtos Philonis nomen perperam prae ſe ferre,

re,

(*a*) *Biblioth. Raiſon. tom. XXXII. part.* II. *p.* 304.

re, aut versionem istam Aquilae nomen mentiri, aut isthaec interpretationis indicia aliunde in Philonis libros fuisse inportata: quorum quidem istud, cum orationis universae habitu & disputationis adfinitate Philonis ingenio omnia pulcerrime respondeant, nimis audax atque ad profitendum temerarium videtur: illud blandiri & inprudentiori fortasse se probare poterit. Contribuit *Hieronymus* (*b*) Aquilae duplicem versionem, liberiorem alteram, alteram, quam Hebraei κατ' ἀκρίβειαν, quod verbum verbo reddebat, nominabant: priorem si qui Aquila antiquiorem esse pertenderit, testeque ad suspicionem firmandam Judaeo nostro uti voluerit, locupletiorem oportet alium advocet: Philo enim, uti demonstraturum me confido, auctoritatem defugiet: ad haec accedit, nec *Hieronymum* neque *Epiphanium* nec ceteros pati posse scriptores, ut alius versionis architectus atque Aquila censeatur. Restat itaque tertium, quod etsi omni difficultate non sit inmune, tale tamen videtur, ut seria in illud defigi mereatur cogitatio: qua ego quidem toties totiesque repetita hoc mihi consecutus videor, ut liquido adfirmare possim,

I. Philonem Alexandrinorum Interpretum summum fuisse admiratorem, atque eorumdem versioni, illis etiam in locis, ubi ab Hebraeo orationis contextu deflectunt, studiosissime adhaesisse. Exempla hoc adfirmabunt, quibus paucis, te praesertim judice, cui scriptoris illud studium cognitissimum, defungi potero. Alexandrini *Genes.* XV, 15. Σὺ δὲ ἀπελεύσῃ —— —— τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ. Sic & *Philo*

(*b*) *Montfaucon. Praelimin. in Hexapla p.* 47.

lo (*c*), &, ne mendi suspicio sit, suo more illud arcessitisque coloribus explicat. Hebraea editio חקבר, & optime quidem, cui haud male congruit *Complutensis* libri ταφεὶς h. e. *sepeliendus*. Ἐπιθήσετε ἐπὶ τὸ θέμα, vertunt iidem *Levit.* XXIV, 7., λίβανον καθαρὸν ϗ ἅλα. Quorum duo postrema Hebr. ignorat, non item noster, nescio quid reconditi in illis (*d*) reperiens. *Genes.* XXVI, 32. ϗ εἶπαν, ὀυχ εὕρομεν ὕδωρ Alexandrini, quod itidem probat, & quaesitissimis explicationibus (*e*) exornat. Sacer historicus ויאמרו לו מצאנו מים, sententia adfirmante, quam & *Symmachus* & *Aquila*, uti decebat, minime mutarunt. Docti illi interpretes, quibus *Philo* se socium adjunxit, illud לו a praecedente verbo distraxerunt, nec aliud ac לא, negandi particulam, esse arbitrati sunt, quod & aliis sacrae scripturae in locis usu venisse Theologorum hujus aetatis principem & de utroque nostrum praeclare olim meritum *Campeg. Vitringam* (*f*) erudite commonstrasse haud ignoras. Porro ὀυκ ἔσαι τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ κ. λ., quorum nullum in Mose vestigium ex *Deuter.* XXIII, 18. recipit (*g*) atque illustrat. Hunc quoque in censum referebam σὺ ἢ στῆθι συναντῶν αὐτῷ ἐπὶ τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ, sive, ut paucis interpositis (*h*) maluit, ϗ στήσῃ ὑπαντιάζων, ratus ex ϗ ἔσῃ *Exod.* VII, 15. vitio amanuensium id esse progeni-

(*c*) *Quis Rer. Divin. Her. p.* 519. *E.* & 521.
(*d*) *L. III. Vit. Mos. p.* 669. & *de Victim. p.* 837.
(*e*) *De Plant. Noae. p.* 225. *C.* & *de Somn. p.* 566. *E.*
(*f*) *Observat. Sacr. L. III. C.* 14.
(*g*) *De Sacrific. p.* 856.
(*h*) *De Confus. Ling. p.* 324. *D.* 325. *A.*

genitum: ferpfit enim iftud mendi genus late pluresque veterum fcriptorum locos ita infecit, ut multos ad infulfas opiniones manu paene duxerit. Non te fugit, quas olim turbas Graecorum Theologis dederit hoc *Pfalmi* LXXXVI, 5. Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ. Ad primam illi vocem tanquam ad fcopulum adhaerefcebant, abfurdam profecto, atque ex μὴ τῇ Σιὼν κ. λ. aberrantis calami opera extufam; potuiffent boni viri, fi ex vel parum ex Hebraeo fonte bibiffent, mendae iftam maculam eluere, feque anguftiis expedire. *Eufebio*, fummi viro ingenii, verum liquidiffimo adfulfit, non item ejus (*i*) librariis: vidit & illud auctor fcholii, multo emendatius a *Bern. Montfauconio*, quam paffim legi folet (*k*), publicati. Quod genus cum fub ftili acumen ultro venerit, patere, ut fuperioribus extrinfecus adftruantur nonnulla. Legifti Anonymi conmentationem de Herculis certaminibus, a *Leone Allatio* (*l*) in vulgus proditam, cujus haec quaefo confidera: Φυλλεὺς μὲν οὖν εἰς Δουλίχιον εἴη, πρὸς Ὤλενον δ' Ηρακλῆς προσδεξάμενον ἵκετο. Καὶ Μνησιμάχην τὴν Ὠλένου ῥυσάμενος Εὐρυτίωνος ἧκεν εἰς Εὐρυθέα. quae quidem fcabra funt & ridiculo errore deformia: offerunt regem nobis Olenum, qui Herculem hofpitio exceperit, cujusque filiam Heros ifte Thebanus Eurytione interfecto liberarit: at Herculis aevo nullus ufquam tota Graecia rex Olenus: urbs fuit Olenus, ad cujus regem Dexamenum divertit

(*i*) *Comment. in Pfalm. p.* 538. & 541.
(*k*) *Hexapl. T.* 1. *p.* 602.
(*l*) *Excerpt. Var. p.* 330.

vertit Hercules. Audi (*m*) *Apollodorum*, ex quo omnia abrasit Anonymus ille *Allatii*, Ἡρακλῆς δὲ εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξάμενον, κἀκεῖ κατῴκει. Homo meus cum arte juncta videret προσδεξάμενον, ut saepe (*n*) alias scriptis in codicibus, stulta metamorphosi urbem Olenum in hominis figuram transmigrare, regemque urbis Dexamenum paene e medio excedere jussit. Hi fructus pravae scripturae. Vide mihi & hoc a Cl. *Jensio* (*o*) editum Epigramma:

Ιτρια μοι βύβλων ἀλονώδεα συν καλάμοισι
 Πέμπεις Νειλορύτυ δῶρον ἀπὸ προβολῆς.
Μυσοπόλῳ δ' ἀτελῆ, Διονύσιε, μήκετι πέμπε
 Ὄργανα. τίς τύτων χρῆσις ἄτερ μέλανος;

Jensio Viro Doctissimo *primus versus inextricabilis* est, implicatus certe errorum anfractibus haeret. Qui viam nuper monstravit eruditus in Germania (*p*) vir, vereor ut eam recte emunierit. Ἴτρια βύβλων ἀλονότια, ita ἀλονώδεα instaurat, Latine esse adfirmat, *i*, *tres mibi byblos sale bumidas* &c. De quibus Graecis Latinisque nihil dicere cur insistam, tu, Optime Venema, monendus non es. *Leonides* ita, credo, reliquerat:

Ἤτρια μοι βύβλων ἀχνώδεα σὺν καλάμοισι
 Πέμπεις ——

Mi-

(*m*) *Bibliotb. L.* II, 4. *p.* 107.
(*n*) *Vid. Not. in Diodor. Sicul. L. IV*, 33.
(*o*) *Lucubrat. Hesych. p.* 309.
(*p*) *Miscellan. Lipsiens. Vol. IV. p.* 109.

Miserat Dionyſius tenuia papyri ſtamina, ſive, ut *Plinius*, ſubtegmina, una cum calamis Niloticis: atramentum addere neglexerat: hinc *Leonidae* jocus, cujus quidem, ſi de vocis uſu dubium eſſet; adjungi fragmentum ex *Suida* in Ἧτρον operae pretium foret. Tangam potius alterum ejusdem Epigramma & luce adſpergam obiter:

Ὕδατα σοι Κοτίλεια γενέθλιον ἦμαρ ὁρῶντι,
    Καῖσαρ, ἐπιβλύζοι σωρὸν ἀκεσορίης,
Ὄφρα σε κόσμος ἅπας πάππον... αὐγάζηται,
    Ὡς πατέρα τρίοσης εἴσιδεν εὐτοκίης

Idem vir eruditus (q) ὕδατα κοτύλεια *aquas heminarias*, γενέθλιον ἦμαρ *diem vitae ſupremum*, σωρὸν, ſic corrigit, ἀγησορίης, *acervum loculi non terreni* vertit, pluraque adjungit, quae deſcribere atque exagitare mei ſtomachi non eſt. Fallor, aut *Leonides* ſcripſit:

Ὕδατα σοι Κοτυλαῖα γενέθλιον ἦμαρ ὁρῶντι,
    Καῖσαρ, ἐπιβλύζοι σωρὸν ἀκεσορίης,

Optat poeta Imp. Marco Aurelio, huic enim (r) deſtinatum Epigramma, natali ejus die ſalubres Cutilias aquas, & quendam quaſi cumulum ſanitatis conciliaturas, ut omnis orbis, quem dudum triplici prole feliciter auctum animadverterat, avum cernat quoque. In verſu tertio utrum περιαυγάζηται, quod *Philo* Judaeus non adſpernatur, an aliud fuerit, nunc non disqui-

(q) *Miſcell. Lipſ. vol. IV. p.* 104.
(r) *Vide Anthol. L. VI. C.* 12. *p.* 562.

quiram: neque ea interferam, quae Imp. Antonini familiam illuminare commode possent: evagarer enim ab incoepto sermone longius. In *Philonis* atque Alexandrinorum, ut ad eos reditum faciam, καὶ στήσῃ συναντῶν αὐτῷ vitii nihil: congruit, etsi minus ex vero, Hebr. ונצבת לקראתו. Quod aliis arrisit καὶ ἔστη συναντῶν, ex genuino Alexandrinorum, quoniam absurdi quidpiam praeferre id videbatur, inprudenter efformatum est. Porro Ἡρώων πόλιν, ad quam Josephus patri obviam occucurrerit, habet (s) ex *Genes.* XLVI, 28; tametsi de ea nihil sacer historiae auctor: hoc amplius, *Exod.* XX, 13. οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, contra statutum secundae Decalogi tabulae ordinem, studiose (t) tuetur, prorsus ut S. *Marcus*, *Lucas*, *Paullus*, eosdem Alexandrinos interpretes, uti saepe alias, sectati.

II. Discrepare tamen ab ea versione multifariam, interpretum verbis elegantiore orationis cultu saepe ex arbitrio instructis. *Genes.* XLI, 42. καὶ περιέθηκε κλοιὸν χρυσοῦν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ Alexandrini. At ille (u) καὶ δίδωσιν αὐτῷ —— κύκλον χρυσοῦν περιδέραιον. Memini probe Cl. *Mangey* κλοιὸν, ne ab interpretibus suis noster aberraret, inculcasse; quod quidem citra crimen *Philo* amplecti aeque potuerat ac *Lucianus*, qui (x) ἑώρων περιδέραια χρυσᾶ, τῶν κλοιῶν παχύτερα: neque enim addubito, quin hanc conplurium schedarum lectionem politissimus scriptor, etsi doctissimis viris aliud conmodius fuerit visum, probave-

(s) *De Joseph.* p. 563. B.
(t) *De Decalog.* p. 767. E.
(u) *De Joseph.* p. 543. D.
(x) *Reviviscent.* C. 12. p. 581.

baverit: vernile ſane iſtud Sileni apud (*y*) *Euripidem*, quod opportune praeſtantiſſimus *Mos. Solanus* excitavit,

—— καὶ τὸν χρύσεον
Κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα,

Judaeum ſordium atque elegantiae poſthabitae abſolviſſet: at vetat ipſe, torquem hunc κύκλον χρυσοῦν περὶ τὸν τράχηλον & περιαυχένιον κύκλον iterum iterumque (z) adpellitans. Idem de (*a*) Rebecca, κατέβη ἐπὶ τὴν γῆν (πηγὴν) ἀντλῆσαι τὴν ὑδρείαν, ſive potius τῇ ὑδρείᾳ. Alexandrini diverſiore modo *Geneſ.* XXIV, 17., ipſe etiam *Philo* in ſuperioribus. Itaque doctiſſimus *Mangey* πλῆσαι τῇ ὑδρείᾳ fuiſſe edicit. Cur tandem? nonne alibi de eadem Rebecca ἔρχεται ἐπὶ τὸ φρέαρ ἀντλῆσαι. & quid ad ſententiam intereſt, hoc an illud probetur? Porro τῶν ἑρπετῶν (*b*) inquit, ὅσα ἢ ἄποδα ἢ συρμῷ τῆς γαστρὸς ἰλυσπώμενα, ἢ τετρασκελῆ καὶ πολύποδα, φησίν (Moſes. *Levit.* XI, 41. 42.) εἶναι πρὸς ἐδωδὴν οὐ καθαρά. Quae ſi contendantur ac comparentur cum interpretatione Alexandrinorum, multis partibus different, nec tamen alio, quam variandae et poliendae orationis conſilio: alibi certe, eadem (*c*) iterans, a ducibus ſuis nihil admodum recedit. Idem ſtudium haec (*d*) Bileami declarant: ἐκ Μεσοποταμί-

(y) *Cyclop. v.* 183.
(z) *De Joseph. p.* 548. *D.*
(a) *De Poſterit. Cain. p.* 251. *Tom.* 1. *oper. Phil. Edit. Nov.*
(b) *De Leg. Special. p.* 354. *Tom. II.*
(c) *De Migrat. Abrab. p.* 397. *E.*
(d) *Vit. Moſ. L.* 1. *p.* 645. *B.*

ταμίας μετεπέμψατό με Βαλάκης, μακρὰν τὴν ἀπ' ἀνατολῶν ϛειλάμενον ἀποδημίαν, ἵνα τίσηται τοὺς Ἑβραίους ἀραῖς. ἐγὼ δὲ τίνα τρόπον ἀράσομαι τοῖς μὴ καταράτοις ὑπὸ θεοῦ. θεάσομαι μὲν αὐτοὺς ὀφθαλμοῖς ἀφ' ὑψηλοτάτων ὀρῶν &c. neque enim aliunde defluxerunt, quam ex fonte Alexandrino *Numer.* XXIII, 7. 8., ſola ſcriptoris opera quodammodo depurgata. Adjungant, qui in dubio haerent, ejusdem (*e*) diſputationem de Naziraeis, & quae Graeci *Numer.* VI, 3, 4. 5., tum cultam baculi Moſaici deſcriptionem, in ſerpentem (*f*) ſtupendo opere abeuntis, & *Exod.* IV, 3., denique de menſuris & (*g*) ponderibus, quaeque *Deuteron.* XXV, 13. 14. 15., conpoſita diligenter *Philonis* conmentatione (*h*) de iisdem, & quod ambigui reliquum erat, diſſipabitur. Ego vero negligere minime debeo, poſteriore loco amanuenſium ſocordia evanuiſſe videri καὶ μέτρον ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἔϛαι σοι. ſine illis enim oratio hiat & turpiter claùdicat: neque etiam ſine nota transmittere inprovidas correctiones, ex poſthabito hoc ſcriptoris ſtudio malis avibus ſubnatas. Commentatur Judaeorum doctiſſimus in legem *Levit.* v, 3. 4. ad hunc (*i*) praeter alia modum, οὐκοῦν τελσὶ μετανοίας τρόποις ἱλάσκεται τοῖς εἰρημένοις κτήνεσιν ἢ πτηνοῖς ἢ ΛΕΥΚΟΠΥΡΟΙΣ. tum ad ejusdem libri C. II, 2. legem (*k*) τὸ γὰρ ἔλαιον καὶ ὁ λιβανωτὸς, ὧν ἐπιδρά-

(*e*) *De Victim.* p. 846.
(*f*) *Vit. Mos.* p. 614. C.
(*g*) *De Creat. Princip.* p. 729.
(*h*) *De Somn.* p. 1135. *A.*
(*i*) *De Nomin. Mutat.* p. 1081. C.
(*k*) *De Somn.* p. 1118. *B.*

δεχίσεται σὺν τοῖς ΛΕΥΚΟΠΥΡΟΙΣ ὁ ἱερεύς, ταῦτα κινίσεται. utrobique clarissimus *Th. Mangey* fuisse olim & nunc esse oportere λευκοπώρους (*l*) pertendit, vocabuli significationem prorsus dissimulans. Quid si eam brevi nos investigemus? *H. Stephanus* (*m*) ex Epigrammate quodam λευκόπωρος habet, & *poma* sive *candidos fructus ferentem* vertit, haud male quidem, modo λευκοόπωρος scribatur. Epigrammatis, quod *Stephano* in animo atque oculis fuisse videtur, haec (*n*) satis erunt ad cubilia significationis perquirenda.

Ὡς ἡ λευκοόπωρος ἐγὼ καὶ ἐφώριος ἤδη
Κείνῳ συκοφορῶ τὰς ἀπύρους ἀκόλους.

Sic suaviter ficus ad praetereuntem viatorem, ut arboris fundique domino, poma matura esse, etiam atque etiam renuntiet. Jam reddatur id vocabuli *Philoni* Judaeo, & fatendum utique erit, aut arborem albescentia poma ferentem illisque gravidam, aut ipsa poma, modo vox id permittat, arae fuisse inposita: quorum quidem utrumque tale est, ut nullis obtineri machinis possit, quin multis partibus absurdissimum atque a scriptoris instituto alienissimum sit. Λευκόπυρος, quo sermonis Graeci Thesauri locupletari possunt, similam indicat, sive, ut utroque *Levitici* loco veteres Graeci interpretes, σεμίδαλιν· & hanc solam, nec quidpiam aliud, praescripta sibi verba valide expostulant.

III.

(*l*) *Vid. Oper. Philon. T.* 1. *p.* 734.
(*m*) *Thes. Ling. Gr. T.* 11. *p.* 1415.
(*n*) *Antholog. L.* 1, 20. *p.* 39.

III. Videri *Philonem* multum saepenumero ab interpretibus Alexandrinis dissentire, etsi optime cum illis concordet. Sic eo libro, quem de *Posteritate Caini* scriptum primus vulgavit Clarissimus *Mangey* (o), ȣ̃ ἕνεκά μοι δοκεῖ ϗ Μωυσεῖ διαλέγεσθαι, Βαδίζε, κατάβηθι ϗ ἀνάβηθι. Posterius verbum nec Hebraea ratum habet, neque ulla Graecorum interpretum editio, ne ipse quidem *Philo* (p) alio in loco. Vir doctus tamen hanc lectionis differitatem *Exod.* XXXII, 7. *Philone* vel vetustiorem esse vel saltem aequalem opinatur: quo quidem arbitrio, si recordatus *Exod.* XXXIII. 1. ἀνάβηθι ἐντεῦθεν fuisset, potuisset supersedere: id enim animo scriptoris observabatur tantummodo. Atque hoc adfirmandum quoque de his arbitror, quibus πρoειπὼν (q) inquit, δὲ τὸ, ὁμοίωμα ȣ̓κ εἴδετε, ἐπιφέρει, ἀλλ' ἢ φωνὴν, ἣν πάντες εἴδετε. Quorum postrema, recte vir praeclarus adscripsit, *non leguntur in hodiernis Graeci textus editionibus*: quod vero statim succedit illis, *videtur tamen Philo ea suo in codice legisse*, id teneri non posse autumo. Namque ipse *Philo*, ubi ex *Deuteron.* IV. versum 12. in superioribus exscripsit, ultima isthaec tanquam legitima, haud agnovit. Et qui potuisset tandem? qui conclusione quadam ex verbis ϗ ὁμοίωμα ȣ̓κ εἴδετε ἀλλ' ἢ φωνὴν confecit, omnes Israelitas mentis suae oculis vocem illam vidisse: de qua explicatione quid multa? servet eam sibi, ut plures de hoc genere alias; nobis vel ob *Apocalypseos* (r) βλέπειν τὴν φωνὴν nihil hic impediti.

(o) *Tom. Operum Philon. I. p.* 251.
(p) *De Vita Mos. L.* III. *p.* 678.
(q) *De Migrat. Abrab. p.* 395. *D.*
(r) *Cap. I,* 12.

pediti. Id ego vero vehementem ſaepe in modum admiratus ſum, eximia eruditione Theologum in formanda eruendaque nova lectionum ſcriptura & vetere, atque omnium integerrima, damnanda tanta judicii confidentia abuſum eſſe. Criminari ne videar, Clariſſime Venema, e Novi Teſtamenti tabulis quaedam admetiamur. Unquamne in animum induxiſti haec *S. Lucae* (*s*) καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν καὶ ΠΡΟΣΕΚΛΗΡΩΘΗΣΑΝ τῷ Παύλῳ vitioſa eſſe & Graeci ſermonis ingenio contraria? Doctiſſimus *Philonis* editor (*t*) refingi καὶ προσεκολλήθησαν jubet: cauſſam adfert nullam, niſi ſi in conjectura, qua *Philoni* ſe medicinam feciſſe putavit, grave & juſtum pondus ineſſe cenſuerit. *Philonis* haec (*u*) ſunt: τῷ μὲν τούτῳ, τῷ δὲ ἐκείνῳ ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΜΕΝΩΝ, *his* Tiberio Imp. nepoti, *illis* Cajo *adhaereſcentibus*. Scriptus manu *Mediceus* προσκληρουμένων· in quo cum primum acquieviſſet vir eruditus, poſtea mendam animadvertit, nunquam, niſi προσκολλωμένων ſubſtituatur, eluendam. Fac labem in *Philone* eſſe, quid ad *S. Lucam* ea? At verum ſi mihi ſedulo profiteri liceat, mera ea atque inprudens *Philonis* incruſtatio eſt, vulgatum mordicus amplexi: eopſe enim (*x*) libro, ἔθνει δὴ τούτῳ, inquit, ΠΡΟΣΚΕΚΛΗΡΩΜΕΝΟΣ καὶ πατρίδι, καὶ ἱερῷ. Quae ſi eum a pruritu *S. Lucam* & *Philonem* corrigendi cohibere non potuerunt, utique plura alia debuerant. ὁ θεὸς (*y*) ait, ὥσπερ οἱ ἀπὸ τοῦ ἔθνους προσκι-

(*s*) *Actor. A. C. XVII*, 4.
(*t*) *Tom. Oper. Philon.* II. *p.* 689.
(*u*) *Leg. ad Caj. p.* 1001.
(*x*) *P.* 1031. *C.*
(*y*) *De Creat. Princ. p.* 724. *A.*

κεκλήρωνται. iterum (z), καὶ γὰρ ἄλλως προσκεκληρωμένῳ τῷ θεῷ. Sed desino: taedet in re minime ancipiti plura exscribere, tibique molestiam creare. Ecce aliud. Pro Philoneis de poenitentia (a) verbis τὸ μὲν ἀτρέπτου καὶ ἀμετανοήτου —— —— φύσεως ἀμοιρήσασα. Scripti codices καὶ ἀμεταβλήτου praeferunt, quod vir doctus longe cultius arbitratus, videndum admonet, scribendumne in posteriore Paullina ad *Corinth.* VII, 10. σωτηρίαν ἀμετάβλητον, inducto ἀμεταμελήτου atque eraso vocabulo. Cur quaeso? insolensne ea vox est, an verborum ordini repugnans, an abhorret ab indole sermonis? Nihil horum. *S. Paullus* alibi ἀμεταμέλητα χαρίσματα (b) memorat. *Menander* ἡδονὴν ἀμεταμέλητον, *Polybius* ἀμεταμέλητον προαίρεσιν & ἀμεταμέλητον πίστιν, ut viri eruditione praeclari dudum (c) conmonstrarunt egregie. Pari, haud paullo tamen tolerabiliore, audacia idem Clarissimus *Th. Mangey* in Paullina ad *Timotheum* priore C. VI, 3. εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ καὶ μὴ ΠΡΟΣΈΧΕΤΑΙ ὑγιαίνουσι λόγοις refingit, popularem suum, quem laudare oblitus est, *R. Bentleium*, (d) secutus. Atque hic non dubito, quin eorum in memoriam jucundissime redeas, mihi certe eorum recordatio perjucunda est, Praestantissime Venema, quae ante hos XVI. annos in eruditissimorum virorum, quorum amicitia ambo gloriamur, consessu de Bentleiana con-

(z) *L. II. Monarch. p.* 827. *E.*
(a) *De Praem. p.* 912. *Sive T.* 11. *Edit. Nov. p.* 410.
(b) *Rom. XI,* 29.
(c) *Th. Gatak. Miscel. C.* 29. *p.* 750. *Raphel. in Epist. ad Rom. XI,* 29.
(d) *Oper. Philon. T.* 1. *p.* 728.

conjectura ultro citroque, ut egregius tum in alma Franequerana mos ferebat, fuerunt jactata. Equidem ne quid detrimenti vulgatum ΠΡΟΣΕΡΧΕΤΑΙ caperet, ad haec *Philonis* de bonis pravisque studiis (*e*) provocare solebam: καὶ ἔμπαλιν ἐκείνοις μὲν ΠΡΟΕΡΧΕΣΘΑΙ, ἔστιν δὲ ὑστερίζειν. nec desinam hoc patrono, tametsi eum ab hac caussa alienare vir doctissimus sit adnisus, in posterum uti; intercedunt illius enim consilio & manu exarati libri, & plura ejusdem *Philonis*: uno, ne longum faciam, defungar. Μυρίοι γὰρ, (*f*) inquit, ἀνόθως καὶ ἀκολακεύτως ΠΡΟΣΕΛΘΟΝΤΕΣ ἀρετῇ κατὰ τὸ γνήσιον αὐτῆς &c. Tale enim videtur, ut citra manifestam vim atque injuriam isti caussae eripi non queat.

IV. Dissentire praeterea nulla sua, sed socordium sciolorumque amanuensium culpa. Habent ab Alexandria interpretes *Levit.* XIX, 19. καὶ τὸν ἀμπελῶνα σου οὐ κατασπερεῖς διάφορον. *Philo* δίφορον, quod & ex *Aldina* τῶν LXX. editione adfertur, nunc (*g*) quidem semel iterumque praefert, quod διαφόρον tamen ipse reliquerat. Genus disputationis, quo non absurde utitur (*h*), inspice: τὸ δὲ μὴ κατασπείρειν ἀμπελῶνα ΔΙΦΟΡΟΝ, πρῶτον μὲν, ἵνα μὴ φύρηται συμφυόμενα τὰ γένους ὄντα ἑτέρου. σπαρτὰ γὰρ δένδροις καὶ δένδρα σπαρτοῖς ἀνοίκεια. Id omne, & quidquid consequitur, διαφόρον, nihilque aliud requirit: ne nunc superioribus, quod res ipsa clamat, adstruam, non biferas triferasque ficus, nec ejus ingenii ar-

(*e*) *De Agricult. p.* 205. *C.*
(*f*) *De Migrat. Abrah. p.* 401. *D.*
(*g*) *De Creat. Princip. p.* 730. *E.*
(*h*) *Ibid. p.* 731. *D.*

arbores aliaque ſemina vetari, ſed vineam diverſi generis ſtirpibus fundumque eadem opera veſtire. De Caino (*i*) ἤνεγκε ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς γῆς δῶρον τῷ κυρίῳ. Alexandrini *Geneſ.* IV, 3. ἀπὸ τῶν καρπῶν & θυσίαν τῷ κυρίῳ. Prius *Philo* ſi per librarios licuiſſet, in haec usque tempora ſibi proprium haberet: nam & poſt pauca ἀπὸ τῶν καρπῶν ita amplexatur atque exponit ſuo ſibi more, ut dubio res ſit exemta: poſterius itidem ex Alexandrinorum acervo (*k*) deguſtat; unde δῶρον iſtud, ab Hebraeorum מנחה non admodum diſcors & abludens, aut orationis luminibus diſtinguendae cauſſa adſcivit conſulto, aut nimiae librariorum diligentiae debetur: atque hoc quidem a veritatis tramite quam minimum deflecteret, ſi ubique valeret, quod *Origenes* (*l*) ſe obſervaſſe ait, πολλαχοῦ τῶν γραφῶν τὰ μὲν ΔΩΡΑ ἐπὶ τῶν ζώων λέγεσθαι, τὰς δὲ ΘΥΣΙΑΣ ἐπὶ τῶν ἀψύχων. At hoc miſſum faciamus. Auſim vero confidenter adſeverare in his (*m*) ſpecimen amanuenſium ſollertiae, nimiae tamen, ſeſe prodere: Καὶ ἐτελέσθησαν οἱ οὐρανοὶ καὶ πᾶσαι αἱ στρατιαί. Alexandriae dederant quondam ὁ οὐρανὸς & πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν *Geneſ.* II, 1., quo etiam modo ſchedae *Mediceae*, a Clariſſimo *Mangey* haud injuria probatae: nam quae continuo conſequuntur, non ſane τὰς στρατιὰς, ſed τὸν κόσμον aeque ac οὐρανὸν ſuo quodam jure ſibi vindicant. Pari equidem ratione ſubveniendum (*n*) his

(*i*) *De Sacrif. Cain. & Abel. p.* 137. *D.*
(*k*) *Ibid. p.* 145. *C.*
(*l*) *Comment. in Levit. p.* 181. *Tom.* 1. *Ed. Nov.*
(*m*) *De Allegor. L.* 1. *p.* 40.
(*n*) *De Plantat. Noae p.* 227. *C.*

his existimo: τὸν καρπὸν αὐτοῦ, τρία ἔτη ἔσται ἀκάθαρτος, οὐ βρωθήσεται. restituendumque ex *Levit.* XIX, 23. ὁ καρπὸς —— —— ἀπερικάθαρτος. Ita mox auctor (*o*) ipse, adjecta uberiore disputatione, quae, nisi convellatur & plane luxetur, illud tantummodo pati poterit. Fac periculum, Vir Praestantissime, & assensum non negabis. Porro καὶ ὁ κύριος ἐστήλωται ἐπ' αὐτῆς de scalis (*p*) Jacobi, & καὶ πληθυνθήσεται (τὸ σπέρμα) ἐπὶ θάλασσαν ex *Genes.* XXVIII, 12. 13., ubi prisci interpretes ἐπεστήρικτο & πλατυνθήσεται. Utrumque in *Philonis* orationem addi iterum atque instaurari oportere, recte vidit vir doctissimus. Ἐστήρικτο sive ἐπεστήρικτο apertissime (*q*) tuetur & contortis explicationibus, sicuti & πλατυνθήσεται, mirifice illuminat. Praeterea καὶ ἀπήντησεν ἐν τόπῳ καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ, ὅτι εἰσῆλθεν ὁ ἥλιος ex ejusdem *Genes.* capite v. 10 (*r*) adsumit, pro quibus Alexandrini ἀπήντησε τόπῳ, καὶ ἐκοιμήθη, ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος. quorum quidem prius & leve est, & vitio scribentis ex praecedente verbo progenitum, jureque ab eodem (*s*) negligitur. Posterius planissime respondet Hebraeo כי בא השמש, fuitque fortasse in versione *Aquilae*, verbum verbo reddere soliti. Id vero *Philonem* suae orationi inseruisse, merito mihi negare posse videor. Namque locis, quae proxime signata fuerunt, ἔδυ γάρ φησιν, ὁ φαινόμενος ἴτος &c. & post pauca, ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος. ὅταν

γὰρ

(*o*) *Ibid. p.* 230. *A.*
(*p*) *De Somn. p.* 565.
(*q*) *Ibid p.* 588. *E.* & 591. *D.*
(*r*) *Ibid. p.* 566.
(*s*) *Ibid. p.* 576. *B.* 583. *A.*

γὰρ τ̀ ψυχὴν ἀπολίπωσιν αἱ αὐγαὶ δι' ὧν &c. tum ἐπειδὴ τὸ ἄκρατον ἐκεῖνο φέγγος ἀπ' αὐτοῦ ΕΔΥ, τὸ κεκραμένον κ. λ., quae non exscribo: ex adpositis enim liquidissimo allucet, *Philonem* duces suos hic minime deseruisse. Scholion itaque est καὶ εἰσῆλθεν ὁ ἥλιος, quod, ut plura alia, invito obtruserunt, sicuti & ἠυλίσθη. Nam quod Alexandriae olim maluerunt ἐκοιμήθη, id ab illa disputatione avelli sine manifesta vi non poterit: finit eam his verbis, adfirmatque de viris sobriis & frugalitatem sectatis, τούτοις (*s*) ἐστὶ κλίνη ΜΑΛΑΚΟΝ ἔδαφος, στρωμνὴ δὲ θάμνοι: quae quidem universa doctissimo viro se non probarunt. Forsan ὁμαλὸν ait. *Philonem* si consuluerimus, hoccine an illud potius habuerit, respondebit, puto, his (*t*) verbis: ἦ μὴν πρός γε ὕπνον, ΜΑΛΑΚΟΝ μὲν ἔδαφος, αὔταρκες ἦν. Alibi de cane (*u*) odorisequo, lubet enim id obiter atque extrinsecus, quia idem corrigendi institutum prolixius declarat, adsciscere, ὅν φασιν, ait, οἱ κυνηγετικοὶ ῥινηλατοῦντα τοῖς μακρὰν ΠΤΩΜΑΣΙΝ εὐσκόπως ἐπιτρέχειν. V. C. *Th. Mangey* σώμασιν ejus in locum substituit. Atqui de ejusdem ingenii canibus (*x*) *Philo*, λόγος ἔχει καὶ τὰ πορρωτάτω τῶν θηρίων ΠΤΩΜΑΤΑ ῥινηλατοῦντας ἀνευρίσκειν. An & hic σώματα; Imo vero. Quid fiet ergo his in *S. Matthaei* (*y*) Evangelio, ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ ΠΤΩ-

(*s*) *De Somn. p.* 584. *D.*
(*t*) *Lib. II. de Somn. p.* 1115. *D.*
(*u*) *De Abrahamo p. E.*
(*x*) *De Somn. p.* 572.
(*y*) *Cap. XXIV*, 28.

ΠΤΩΜΑ; Quid iſtis ſenum Alexandrinorum (*z*), καὶ ἐξέκλινεν ἰδεῖν τὸ ΠΤΩΜΑ τοῦ λέοντος; Quid pluribus aliis ſcriptorum, quibus id vocabuli non ingratum accidit, locis? Eſt plerumque *Philoneum* ſcribendi & diſputandi genus egregie inter ſe aptum, translationibusque & vocabulorum figuris ita diſtinctum, ut de verbis, modo ingenii vires intendantur, anceps negotium & difficile minus ſit. Feciſſet amplius operae pretium vir eruditus, ſi illi per varia occupationum negotia ad id perpetuo attendere licuiſſet. Profitetur praeſtans eruditione Judaeus, omnia animalibus (ζώοις) eſſe oppleta, in terra alia, aere, aqua (*a*) verſari, καὶ τὰ πυρίγονα πυρὶ, ὧν τὴν γένεσιν ἀριδηλοτέραν κατὰ Μακεδονίαν λόγος ἔχει περιφαίνεσθαι. Ubi vero talia de animalibus in Macedonum regione πυριγόνοις? Ad quae expedienda in adnotationibus κατὰ Παννονίαν refingitur; de qua aeque proditum id memoriae eſt, quod de Macedonia uſquam legi negatur: repetita vero cura funditus atque a ſtirpe eradicantur voces (*b*), κατὰ Μακεδονίαν, legique jubetur, ὧν τὴν γένεσιν ἀριδ. λόγος ἔχει περιφαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας. *quorum exiſtentiam*, ſic Latine Graeca iſta loquuntur, *oſtendunt*, *ut par eſt*, *ſtellae in coelo.* Qua quidem ratione, nam Latina praetereo tacitus, ἀστέρες ſive *ſtellae* catalogo τῶν ζώων, quibus eas *Philo* manifeſto inmiſcuit, & auferuntur, & praeterea adfirmare perhibentur, eſſe in igne ani-

(*z*) *Judicum Cap. XIV*, 8.
(*a*) *De Plantat. Noae p.* 216. *A.*
(*b*) *Vid. Tom. Oper. Phil. I. p.* 729.

animalia, quibus πυριγόνων titulus: quod scriptori Judaeo, nisi dormitarit, in cogitationem venire potuit nunquam. Ipsum si sequimur, uti aequum honestumque est, innovandum omnino nihil: namque ex eadem sectae disciplina πυρὸς (c) inquit, (οἰκεῖα) τὰ πυρίγονα. λόγος γὰρ ἔχει ταῦτα κατὰ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΝ μάλιστα γίνεσθαι. ubi ad reverendum *Benzelium*, qui plura (d) de illis, recte remittimur. Sed revertamur ad ordinem.

V. Nonnunquam vitioso exemplari & ab Hebraeo atque Alexandrinorum Graeco dissentiente deceptum videri. Ἵνα τεκνοποιήσης ἐξ αὐτῆς ex *Genes.* XVI, 2. adfert atque uberius (e) conmentatur: ubi Alexandriae ἵνα τεκνοποιήσωμαι, ne ab *Hebr.* אולי אבנה aberrarent, recte maluerunt. At hoc (f) paullo diligentius expendamus. καὶ ἐπιβαίνουσα ἡ οὗδε βασιλεία καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ὕψος ἀρθήσεται. ὁ λαὸς οὗτος ἡγεμόνι, τοῦ ἀπ' Αἰγύπτου πάσης ὁδοῦ κέχρηται θεῷ, καθ' ἓν κέρας ἄγοντι, τὸ πληθύν. τοιγαροῦν ἔδεται ἔθνη πολλὰ ἐχθρῶν, καὶ ὅσον ἐν αὐτοῖς πῖον ἄχρι μυελοῦ λήψεται, (reverendus *Mangey* λάψεται) καὶ ταῖς ἐκηβολίαις ἀπολεῖ τοὺς δυσμενεῖς. Omne id ex *Numer.* XXIV, 7. 8. esse defloratum, non est, ut te, Praestantissime Venema, moneam, neque etiam, longe hoc longeque & ab Hebraeis & Alexandrinorum verbis dissociari. Videor mihi quidem illud orationis variandae, de quo supra, studium videre. Sed quid ceteris fiet? πρὸς ὕψος ἀρθήσεται potestne ullo

(c) *De Gigantib. p.* 285.
(d) *Oper. Philon. T.* 1. *p.* 727.
(e) *De Congress. Quaer. Erudit. Grat. p.* 424. 425. *E.*
(f) *De Vit. Mosis L. I. p.* 647. *B.*

ullo modo in concordiam redigi aut cum *Hebr.* וירם מאגג מלכו, aut Graecis ὑψωθήσεται ἢ Γὼγ βασιλεία; Quid illud καθ' ἓν κέρας ἄγοντι; Nihil illi profecto conmune cum Hebraeis כתועפת ראם לו, neque Graecis ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ. Quamcunque ego in partem illa verto, exitum invenio finemque nullum, nisi si Judaeus ad mentionem *Gogi* & *unicornu* offensus verba aliorsum transtulerit, aut, quia hoc hominis cum ingenio haud apte congruit, in pravam editionem τῶν LXX. inciderit. Certe tale utrumque est, ut vix alia ratione excusari queat. Pertineatne huc (*g*) παρ' ὃ καὶ λέγεται ἐπ' αὐτοῦ, ὡς ἄνθρωπος παιδεύσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ nondum decerno. Translatum in orationem est ex *Deuternom.* I, 31, ubi *Moses* כאשר ישא איש את בנו, & Alex. ὡς εἴτις τροφοφορήσαι, quod & *Philoni* postliminio reddendum doctissimus *Th. Mangey* arbitratur: ego vero invito ingerere non sustineo, quippe & alio in libro (*h*) ita citanti & legenti. Unde unde acceperit, non ab illis, quos nominavi, tantum abit, sed & *Aquila*, qui ὡσεὶ ἄραι τροφὸς τὸν υἱόν.

VI, Innumeris eum in locis inmane quantum cum *Aquilae* versione discordare. Non hic excitabo barbarum istud σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν, nec ejus notae alia, quae Hebraei quaedam sermonis superstitio docto ceteroqui interpreti extorsit, *Philonem* vero adprobatorem nancisci non potuerunt: neque in vastum excurram campum, & tibi taedium, Amicorum optime, in re notissima & mihi conciliaturum. Pauca a-

abunde

(*g*) *Quod Deus Immutab.* p. 301.
(*h*) *De Somn.* p. 600.

bunde erunt. Aquila *Genes.* XXXII, 28. ὅτι ἦρξας μετὰ Θεοῦ. Noster, a ducibus suis (*i*) leniter in tramitem deflectens, ὅτι ἰσχύσας μετὰ Θεοῦ. Aquila *Genes.* I, 31. καὶ ἰδοὺ ἀγαθὸν σφόδρα. *Philo* (*k*) καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Aquila *Exodi* IV, 6. καὶ ἰδοὺ ἡ χεὶρ αὐτοῦ λεπρῶσα ὡσεὶ χιών. Noster (*l*), Alexandrinorum verbis ornatus caussa leviter mutatis, λευκοτέρα χιόνος, cui & mox Moses, haud aliter ac veteribus illis interpretibus, ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος ob minus versatilis linguae usum *Exod.* IV, 10. pro quo Aquila, Hebraea nobis verba paene appendens, οὐκ ἀνὴρ, ῥημάτων. Idem versionis auctor τὸν ποτιστὴν τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου καὶ τὸν πέσσοντα pincernam coquumque regis *Genes.* XLI, 1., quem *Philo* constanter ἀρχιοινοχοὸν & ἀρχισιτοποιὸν adpellitat, sicuti & incantatores, qui regem Aegyptium in fraudem praestigiis induebant, σοφιστὰς καὶ (*m*) μάγους, quibus in Aquilae editione titulus κρυφιαστῶν *Exod.* VII, 12. 22. inditus fuit. Ad hoc de praecone, qui regio jussu indigenas, quo honore Josephum, novum Aegypti praefectum, venerarentur (*n*), admonebat, περιερχομένου κήρυκος καὶ δηλοῦντος τοῖς ἀγνοοῦσι τὴν χειροτονίαν ex Graecis Alexandrinorum, sed paullum conmutatis, *Genes.* XLI, 43. Aquila, expressurus accurate Heb. אברך, *& clamavit in conspectu ejus adgeniculationem*: sic enim verborum ejus sententiam *Hieronymus* Latine repraesentavit in *Quaest. Hebr.*

(*i*) *De Temul.* p. 251. *D. & Mutat. nom.* p. 1051.
(*k*) *De Migrat. Abrah.* p. 408.
(*l*) *Vit. Mos. L.* 1. p. 614.
(*m*) *Ibid.* p. 616
(*n*) *De Josepho* p. 543.

Hebr. Quid dederit ipſe vocabuli, huc uſque in obſcuro eſt. Nam *Martianaei* πρόγνυ, niſi πρὸς γόνυ voluerit, per ſe corruit: *Montfauconii* γονατίζειν, γονάτισιν juſta caret auctoritate. At hinc abire tempus eſſet, niſi manum *Philo* injiceret opem flagitans, quam homini cur recuſabimus, taedium praeſertim ſuperioris operae ſerenitate quadam deterſuro? Culta ſunt & mira ſeſe conmendat elegantia, τρίβοντες γὰρ ἀεὶ τοὺς περὶ ὁσιότητος λόγους, καθάπερ ἐκ πυρείων τὸ θεοειδέστατον εὐσεβείας γένος ποιοῦσιν ἐκλάμψαι, ſic (*o*) enim conmentatur. Ex limpidiſſimo *Platonis* hoc fonte, καὶ τρίβοντες, ὥσπερ ἐκ πυρείων ἐκλάμψαι ποιήσαιμεν τὴν δικαιοσύνην, iſthaec derivata eſſe optime perſpiciens vir clariſſimus laudabiliter εὐσεβείας φέγγος *Philoni* inſtauravit. Quid poſtea? priorum obliterata memoria καθάπερ ἐκ πετρῶν τὸ θεοειδ. veriſſimum eſſe (*p*) divinat. Ergo, ſi divinationis decretum valet, quam ociſſime ex *Platone*, *Theophraſto*, *Apollonio Rhodio*, *Diodoro Siculo*, *Plutarcho* τὰ πυρεῖα eximantur, & ſolertiſſime obruatur vetus ignis excitandi mos, de quo tanta cum cura Critici veteres quemque Arabes in hunc uſque diem (*q*) uſu terunt. Quid de hiſce ejusdem (*r*) Judaei cenſes, doctiſſime Venema? ὅτι αἰθὴρ, ἱερὸν πῦρ, φλὸξ ἐστιν ἄσβεστος, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, παρὰ τὸ αἴθειν, ὃ καίειν ἐστὶ κατὰ γλῶτταν εἰρημένον. Μάρτυς δὲ μία μοῖρα τῆς οὐρανίου πυρᾶς ἥλιος. Mihi quidem optime inter ſe apta & connexa ſemper ſunt viſa;

(*o*) *De Somn. p.* 1134.
(*p*) *Oper. Philon. Tom. I. p.* 736.
(*q*) *Vid. Origin. Hebr. L.* 1. *p.* 64. *Cl. Alb. Schultens.*
(*r*) *De Confus. Ling. p.* 342. *E.*

visa; nec demuto sententiam, tametsi vir doctus ex *Norvic.* scripto libro φάος ἐςὶ ἄσβεςον, & ingenii sui remigio ὀρανίου σφαίρας restituerit. Non in illis equidem sum, quibus occultum est, plerosque veteres aethera pro flamma non habuisse: bene hoc adnotationes in luce collocant. Fuerint autem infitiati illud Philosophi: *Philo* quidem certe, nisi vertigine quadam, dum ea digereret, circumactus fuerit, in animum, ut illis adstipularetur, quae ipsi propria ac perpetua fuisse, perhibentur, inducere non potuit. Accedant ad hunc cumulum, neque enim prohibet liberius hoc confabulandi genus, nec tu intercedis; & pauca ista: ἐπιτραγωδοῦντες γοῦν (s) *Philo* Judaeus scribit, καὶ ἐπιςομίζοντες εἰώθασιν οἱ καταγέλαςοι λέγειν ταῦτα. ubi sine dubio ΕΠΙΣΤΟΜΙΖΟΝΤΕΣ peccat. V. C. *Th. Mangey* id ἐπιςωμυλίζοντες, in adnotationum vero addendis ἐπικομπάζοντες esse jubet. Quid ni ἀποςομίζοντες, quod *Hesychius* agnoscit, & plures in (t) *S. Luca* scripti codices, aut, si id pravum sit, de quo dubitare nefas non est, ἀποςοματίζοντες; Congruit certe Philoneis istis, me quidem judice, haud absurde. Verum quod instat & incoepti ratio postulat, agamus.

VII. Non deesse loca, ex versione, sive Aquilae ea fuerit, seu alius, in orationem *Philonis* adscita; quae cum cura examinare operae fuerit pretium, quod haec caussae arx & controversiae quoddam quasi caput. *Genes.* IX, 25. ἐπικατάρατος χαναὰν παῖς οἰκέτης ΔΟΥΛΟΣ ΔΟΥΛΩΝ

(s) *De Somniis p.* 1148. *A.*
(t) *Evangel. C. XI*, 53.

ΩΝ ἔϛαι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτȣ̃. Ita (u) *Philo*: in quis Aquilae citra controversiam est δȣ̃λος δȣ́λων, עבד עבדים, interpretatione sua aequantis, cetera debentur Alexandrinis senibus, quos infra (x) presse sequitur, nihil peregrini admiscens. Nihil peregrini inquam: e glossa enim in hanc viciniam migrarunt duo isthaec δȣ̃λος δȣ́λων, suntque ad orationem plane supervacanea. Cui enim bono duplex eorundem verborum versio? Librarius, cum in Hexaplari *Origenis* editione ea animadverteret, ceteris ne solitaria incederent, adstruenda censuit. Atque hoc aliis saepe scriptoribus praeter opinionem usu venisse meminimus. In *Disputatione Gregentii* (y) ex *Esaiae* I, 3. ἔγνω βȣ̃ς τ̃ κτησάμενον αὐτ̃, ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΠΡΙΑΜΕΝΟΝ, ϗ ὄνος τὴν φάτνην τȣ̃ κυρίȣ αὐτȣ̃. Par illic Scholion, sive ingenio amanuensis, seu alii versionum editioni acceptum referatur, absurdum certe atque absonum. *Joannes Chrysostomus* citat haec Paullina I. *Cor.* VII, 7. Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπȣς εἶναι ὡς ϗ ἐμαυτὸν (z) ἐν ἐγκρατείᾳ. Putares prima fronte postremas eum voces suo in codice reperisse; at secus res habet: ipse explicandi caussa admensus illa est, seu potius operum ejus descriptor. Non me latet, eadem & (a) alibi habere: sed ibi *Ms. Regius* ἐν ἐγκρατείᾳ δηλονότι, id, quod suspicatus sum, mirifice adfirmans. Jam aliud vido. *Genes.* XVIII, 10. ἐπανιὼν ἥξω

σοὶ

(u) *De Resipisc. Noae p.* 278. *D.*
(x) *Ibid. p.* 281. *C.*
(y) *P.* 121. *Ed. Morell.*
(z) *Homil. XIX. in Epist. ad Corinth. p.* 160. *E. Tom. X.*
(a) *Tom.* 1. *p.* 270. *Edit. Benedictin.*

πρός σε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον (b) ΕΙΣ ΝΕΩΤΑ. quae quidem uncialibus ſignata literis cujus ſint interpretis, non adparet. Ego *Philoni* fidenter tribuo, orationem hoc emblemate varianti. Sumſit ex conmuni id linguae acervo atque, ubi e re videbatur, in conmentarios ſuos (c) addidit. Alibi ad Alexandrinorum (d) exemplum ἐπαναστρέφων —— εἰς ὥρας, iterum εἰς ἐνιαυτὸν ἕτερον extremo libro de *Nomin. Mutatione:* quae utique ſcriptoris ex ingenio tanquam e fonte manarunt. Sed hoc paullo inpeditius, *Exod.* XV, 16. ἕδρασμα εἰς καθέδραν σοῦ κατειργάσω (e) κύριε. ἁγίασμα κύριε, ὃ ἥδρασαν χεῖρές σου. Quae Aquilae eſſe Hexapla oſtendunt. Alexandrini ſenes εἰς ἕτοιμον κατοικητήριον —— ὃ ἡτοίμασαν, neque hinc abit ſcriptus e *Vaticano* liber, cui primas *Th. Mangey* minime negavit. *Philo*ne Judaeus Aquilae id fragmentum an Alexandrinorum verba explicanda ſibi delegaverit, orationis univerſae habitus & contextus praelata face monſtrabit. Τά γε αὖθις λεγόμενα συνᾴδει τῷ προτεθέντι, τῷ τὸν κόσμον εὐτρεπῆ καὶ ΕΤΟΙΜΟΝ οἶκον εἶναι τοῦ θεοῦ adnectit poſt pauca: tum τὸ δὲ ΗΤΟΙΜΑΣΘΑΙ ὑπὸ χειρῶν θεοῦ. & κλῆρος γὰρ οὗτος ΕΤΟΙΜΟΤΑΤΟΣ καὶ προχειρότατος οἶκος. Quae cuncta, niſi parum proſpiciunt oculi, unice Alexandrinae verſioni reſpondent, minime omnium inſititio iſti fragmento. Abeat ergo, unde malum pedem intulit. An & in his ſimile flagitii ſpecimen? Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου. Ita

(b) *De Abrahamo p.* 368. *E.*
(c) *Vid. Oper. Phil. T.* II. *p.* 631.
(d) *Migrat. Abrah. p.* 407. *D.*
(e) *De Plant. Noae p.* 221. *A.*

ta (*f*) *Philo* ex *Exod.* XXIII, 20., alibi (*g*) non aliter ac LXX senes, ἰδὲ ἐγὼ ἀποςέλλω. Prius non venisse ab interpretibus, qui Pentateuchum Graeca veste induerunt, sed eorum esse potissimum, quorum in *Judicum*, *Ruthae* & *Regum* libris occupatus fuit labor, pulcre (*h*) solita sibi modestia, quam cum docentis ex ore penderemus, toties ambo admirati sumus, declaravit vir clarissimus *Lamb. Bos.* Unde ergo id *Philo*? an ex Hebraeo הנה אנכי שלח formavit? Id nihil, si in opinionem venerit, absurdi conplectitur; neque enim nullam patrii sermonis notitiam adsecutus est. Vero tamen similius accidit, quandoquidem nunc hoc nunc illud libri ostentant, & hanc male sedulae manus opellam esse. De mensa & sacratis panibus ἢ καλᾶνται (*i*), scribit, προθέσεως. quos *Alexandrini* ἄρτες ἐνωπίες *Exod.* XXV, 30. *Aquila* ne a Mosis לחם פנים ulla se parte alienaret, ἄρτες προσώπων, *Symmachus* ἄρτες προθέσεως verterunt. Symmachumne ergo *Philo* sequitur? Non equidem dixero. *S. Lucas* Evang. C. VI, 4. τὲς ἄρτες τῆς προθέσεως ἔλαβε, cui cum Symmacho, necdum ejus aetate vitali aura fruenti, nihil utique commune. Noster, qui non dissimilia aliis versionis in (*k*) locis haud socorde animadverterat, integrum sibi esse opinatus fuit, hoc an alio uteretur. Atque id quidem a veri studioso non temere in dubium vocabitur, nec illis fortasse assen-

(*f*) *De Agricult. p.* 195.
(*g*) *De Migrat. Abrah. p.* 415.
(*h*) *Prolegom. in LXX. Edit. Cap.* 1.
(*i*) *De Congres. Erudit. Causs. p.* 448.
(*k*) *Vid. Exod. XXXV*, 12. *XXXIX*, 36.

assensum, quae statim consequentur, recusabit; de tuo certe judicio id mihi polliceri posse videor, Vir Eruditissime, veritatem in hoc genere non amicitiam sectante. De suffitu (*l*) λάβε σεαυτῷ —— καὶ λίβανον διαφανῆ. ΕΞΑΙΡΕΤΟΝ ΕΞΑΙΡΕΤΩΙ, ἴσον ἴσῳ ex *Exod.* XXX, 34. *Philo.* In quis, si bina ista, notabiliter insignita, eximantur, novi nihil. Quin ea vero ex Hexaplari *Origenis* editione inprudenter sint a nimium diligente antiquario in orationis seriem inportata apud me dubium non est: namque illorum primus auctor, quicunque fuerit, Hebraea בד בבד duobus illis egregie explicari atque Alexandrinorum ἴσον ἴσῳ praestare censuit. Est proinde in *Philoneis* illis duplex eorundem vocabulorum interpretatio, minime necessaria, atque ab instituto scriptoris longissime recedens. Ostendamus id paucis, ne quod dubium perseveret. Id agit Auctor unice, aequalitatem ut commendet sive τὴν ἰσότητα; quem in finem, postquam de aequalibus XI. praefectorum collationibus deque sacerdotum paribus nonnulla portionibus admiscuerat, παγκάλως, adjungit, ὅτι καὶ ἡ περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ἐκθυμιωμένων ἐστὶν ΙΣΟΤΗΣ. λέγεται γάρ, λάβε σεαυτῷ ἡδύσματα —— καὶ λίβανον διαφανῆ, ἐξαίρετον &c. tum mox *Exodi* verbis, de quibus agitur, adpositis subnectit, ἕκαστον γὰρ τῶν μερῶν ἑκάστῳ φησὶ δεῖν ΙΣΟΝ συνέρχεσθαι πρὸς τὴν ὅλου κρᾶσιν. Viden' nihil omnino in illis inesse, quod aut insititia illa expostulet sibi, aut non valide eadem, tanquam spuria, repudiet? Quid si e Latino Theologo, ne continuata Graeca fastidium moveant, non dissors admodum

(*l*) *Quis Rer. Div. Her. p.* 508. *A.*

dum interferam? *Cyprianus*, feculi fui decus & lumen, exfcripfiffe ex 2. *Timoth*. IV, 3. haec (*m*) perhibetur: *fecundum fua defideria coacervabunt fibi magiftros PRVRIENTES IN AVDIENDO*, *fcalpentes aures*. Falfo tamen. cur enim pauca, neque admodum obfcura, verba bis vertendo exprimeret? alterutrum, quod minime latuit viro & dignatione & literarum cultu praeclaro *Jo. Fello*, nec veftigia ejus prementi (*n*) *Jo. Millio*, nimium liberalis & officiofus antiquarius invito obtrufit. Dederat tantummodo Carthaginienfium egregius praeful *fcalpentes aures*, Paullinum κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν aequiparaturum. Atque hoc prifcam N. T. verfionem Latinam probaffe ex *Hilario Pictavenfi*, non aliter Paullinis iftis (*o*) ufo, cognofcitur. Cernimus quidem *prurientes aures* alibi apud eundem (*p*) locorum, quod ejusdem tamen effe commatis, cujus inculcata *Cypriano*, fcripti codices, neque e poftremis illi, teftimonio effe poffunt: ipfa, quae fuccedit, *Hilarii* oratio *fcalpentes aures* defiderat, mirorque doctos e *Benedictina* familia viros id neglectui habuiffe. Ad aliud ejusdem generis pergamus. *Bachiarius* in Apologia (*q*) haec habet. *Diabolum non ita factum fentimus, ut diabolus eft, nec proprium habuiffe naturae fuae genus, ut diabolus nafceretur, fed hoc agnomen meritum dediffe, non Deum; nec ingenitum ef-*

fe,

(*m*) *L. III. ad Quirin. C.* 67.
(*n*) *In Epift.* 2. *Timoth. C.* IV, 2.
(*o*) *Lib. in Conftant. Imp. p.* 562. *Edit. Veron.*
(*p*) *L. X. de Trinit. C.* 2.
(*q*) *Muratorii Anecdotor. Latin. T. II. p.* 22.

ſe, quia Deus non eſt; nec factum eſſe diabolum, quia Deus malum non facit, ſed Angelum bonum factum, ſicut ſcriptura demonſtrat: Per bonum operatum eſt mihi omnem concupiſcentiam. *Malum enim angelum fuiſſe ſic credo, ut Apoſtolus dicit.* Datus eſt mihi ſtimulus carnis &c. *Et alibi,* niſi venerit Refuga & diſceſſio. *Ergo qui nunc refuga eſt, fuit aliquando in intuitu creatoris, & in illa gradus ſublimitate, de qua* &c. Non ambigo, quin *REFUGA & DISCESSIO*, ex ἀποστασίας voce 2. *Theſſalon.* C. II, 3. derivata, oculos tuos in ſe converterint: meminiſti pulcre, prius ab *Auguſtino*, doctiſſimo Hipponenſium praeſule, non inprobari: poſterius videri *Hieronymi*, atque in Vulgata, quam vocant, ſedem ſuam tueri. *Bachiarius*, quod orationis ſeries liquido ipſaque ejus aetas manifeſtat, in *refuga* acquievit; *diſceſſio* alienae & nimis officioſae debetur diligentiae. Cogita vero mihi, amiciſſime Venema, unde homo noſter acceperit, *per bonum operatum eſt mihi omnem concupiſcentiam.* Redolent illa quidem Paullinum aliquid ex *Epiſt.* ad *Roman.* VII, 8., ſed minus ſincerum. Graeca, uti ea in Epiſtola nunc leguntur, nihil admodum juvant, neque ſuſpicionibus & conjecturis abuti libitum eſt, *Philonis* praeſertim cura nec dum libero neque ſatis expedito. Conmentatur ille ex *Deuteron.* XXIII, 1. 2. (r) θλαδίας γὰρ καὶ ἀποκεκομμένους τὰ γεννητικὰ ἐλαύνει. —— ἐλαύνει δ᾽ οὐ μόνον πόρνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ τῆς πόρνης ἐπιφερομένους μετρῷον αἶσχος. quae ſi ad Alexandrinum conponantur exemplar, variabunt

non-

(r) *De Sacrificant. p.* 857. *C.*

nonnihil, ſed ea demutandi tantum de cauſſa, quam ſupra tangere memini. De Aquila, acſi ejus ex rivulis irrigatae hae eſſent areolae, ſuſpicio eſſe non poteſt, cujus eo *Deuteronomii* loco reliquiae τραυματίαν ἐπιτετριμμένῳ, & μαμζήρ, non mutato Hebraeo vocabulo, praeferunt. non addo, tametſi opportune poſſem, ſcriptorem ſibi & τοῖς LXX. (*s*) alias probe conſtare. Id admonere praeſtiterit, ejusdem variationis ſtudii argumentum & (*t*) iſthaec offerre: ἀπαγορεύει τοίνυν ἀδελφῷ δανίζειν, ἀδελφὸν ὀνομάζων, οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν γονέων κ. λ. ea ſpectant *Deuter.* XXIII, 19. οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου τόκον ἀργυρίου, liberiore paraphraſi diverſioribusque verbis reddita, neque aliorſum tamen, ut nec oportuerat, tendentia. Quod genus non Judaeus tantum noſter, ſed ſaepe numero Chriſtianorum ſectantur doctores. Alexandrinus (*u*) *Clemens*, ἐδίψησα, καὶ ΕΔΩΚΑΤΕ ΜΟΙ ΠΙΕΙΝ —— γυμνὸς ἤμην, καὶ ΕΝΕΔΥΣΑΤΕ ΜΕ adfert ex *Matth.* Evang. XXV, 35. 36., non ipſa Domini Jeſu verba nobis annumerans, ſed juſtam eorum ſententiam. Idem utique profitendum de *Neſtorii* (*x*) iſtis, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ΑΝΕΥ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑΣ formatis ad divini Auctoris *Epiſt. ad Hebraeos* C. VII, 3. mentem declarandam. Neque diverſum ſentio de his apud (*y*) *Severia-*

(*s*) *De Confuſion. Ling.* p. 341. *A.*
(*t*) *De Charitate* p. 701. *E.*
(*u*) *Quis Dives Salvet.* C. 30. p. 952.
(*x*) *Serm. de Incarn. Dom. in Marii Mercator. T. II.* p. 5. *Ed. Garnerii.*
(*y*) *Homilia VI. de Creat.* p. 496. *T. VI. Oper. Chryſoſt. Ed. Benedict.*

rianum: ΕΜΝΗΣΤΕΥΣΑΜΗΝ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν. exponunt enim genuina *S. Paulli* 2. *Corinth.* XI, 2. five *Severiani* feu alterius arbitrio. Nec ea tamen utor confidentia, ut de (z) Philoneis, quae fubjiciam, paria affeverare aufim: τὸ κύριον ἀντηλλάξω σήμερον εἶναί σοι εἰς θεὸν, καὶ κύριος ἀντηλλάξατό σε σήμερον γενέσθαι λαὸν αὐτῷ. Nimium enim recedunt ab ejus popularium editione, neque mutandae orationis confilio contribui poffunt. Aquila *Deuteron.* XXVI, 17. 18. gemina illis & germana dediffe videtur, ficuti pravum iftud ἀντήλλαξας in Hexaplorum *Origenis* fragmentis innuit: Alexandrini τὸν κύριον εἵλου —— καὶ κύριος εἵλατό σε. Utros igitur nofter duces agnofcit? Si fcripto *Bodlejano* codici aliqua in his fides, ab Alexandrinis fuis minime fe fegregavit; eadem namque in illo prorfus, quae in his obvia funt. At ipfam fcriptoris orationem, quandoquidem in veterum conmentarios nimium faepe fibi amanuenfes arrogarunt, in confilium mittamus. Continuo *Philo* illis, quae praepofita funt, fubdit, παγκάλη γε τῆς αἱρέσεως ἡ ἀντίδοσις. tum mox αὐτὸς αἱρεῖται. Pro quibus, nifi mihi parum perfpectum exploratumque hominis fit ingenium, fi illud, quod libri hodie fuppeditant, probaffet, utique maluiffet, παγκάλη γε τῆς ἀνταλλαγῆς ἡ ἀντίδοσις & αὐτὸς ἀνταλλάττεται. his certe verborum figuris varie & copiofe alludens faepe numero fefe lectorefque oblectat. Neque id hoc quidem loco fugit V. C. *Th. Mangey*, ea, quae ftilum nunc exercent, ex Scholio non injuria derivantem. Ego vero haud fcio, dicendumne illud ipfum fit de

(z) *De Charitate* p. 718. *B.*

de (*a*) his, quibus ſummum gentis ſuae ſacerdotem Philo praepingit: ὁ μὲν δὴ μέγας ἀρχιερεὺς τῆς ΟΜΟΛΟΓΙΑΣ, τελσὶ ταῖς εἰρημέναις τυπωθεὶς σφραγῖσι &c. Diſplicet doctiſſimo Theologo in Judaeorum pontifice ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας, neque in animum poteſt inducere, hoc eum titulo a *Philone* fuiſſe ornatum: potius ex (*b*) *Epiſt. ad Hebraeos* ubi Chriſtianorum ſacerdos ſummus & medius Jeſus Chriſtus ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογιας ἡμῶν ſignificanter ornateque dicitur, vocem ὁμολογίας huc tranſlatam religioſi nimis librarii conſilio. Deficit ait in codice *Mediceo*: ſcribi tamen oportere aut τῆς ἀληθείας, aut certe δηλούμενος. Non libet alterutram in conjecturam operoſe excurrere: poſterior talis utique videtur, ut dubites, ſerione an joco projecta ſit. Summum ſane ſacrorum apud Hebraeos ſacerdotem, quem *Philo* ſaepe ſupra humanum faſtigium (*c*) evehit, quique ſollemnibus diebus ſuas populique preces & vota ad *Deum* allegabat, eundemque victimis & fuſo ſanguine genti, pacis & veniae quidam ſequeſter, conciliabat, pulcra tranſlationis figura τῆς ὁμολογίας ἀρχιερέα perhiberi, non ipſe, puto, infitiabitur vir doctiſſimus: ſunt inter manus *Diodori Siculi* & ſimiles aliorum dictiones, quae huc conduci poſſent, ſi obſcura res foret. At hinc digredior, atque in hoc me converto, ut diſputationi modum faciam. Duo reſtant loci, qui haec molientem morantur. Itaque bona tua cum venia, Praeſtantiſſime Venema, de utroque paucis.

(*a*) *De Somniis p.* 598. *A.*
(*b*) *Cap. III*, 1.
(*c*) *Vid Illuſtr. Hug. Grot. in Epiſt. ad Hebr. V.* 1.

cis. Prior *Proverb.* VIII, 22. ὁ θεὸς ἐκτίσατό με πρωτίστην τῶν ἑαυτοῦ ἔργων καὶ πρὸ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. Sic priscis *Philonis* in (*d*) editionibus: V. C. *Th. Mangey* ex schedis *Mediceis* ἐκτήσατό με, oblitus elegantis ingenii virum (*e*) *Paull. Colomesium* ex conjectura dudum id refinxisse. Interpretes Alexandriae olim, aut alibi certe locorum, verterunt, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. *Aquila*, κύριος ἐκτήσατό με κεφάλαιον τῶν ὁδῶν αὐτοῦ (*f*) apud *Eusebium*: nam alii, ut optime recordaris, aliter ea ostentant. Demonstrant autem apertissime, nec huic omni ex parte *Philonem* neque illis consentire: possumusque adeo citra audaciae crimen adfirmare, a popularibus suis haud longe, modo liberioris paraphraseos ratio consideretur, discedere. Namque ἐκτήσατό με quin olim ex ipsorum calamo exierit, mihi quidem dubium non est. קנה passim non aliud ac κτήσασθαι, atque haud praeter verum, censuerunt. *Genes.* IV. 2. קניתי איש את יהוה, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ, quem in modum & (*g*) *Philo.* Omitto alia, in quibus eadem verbo potestas, (*h*) adjungere: festino enim ad alterum, qui molestus satis est, locum. *Jeremiae* XV, 20. ὦ μῆτερ, ἡλίκον με ἔτεκες ἄνθρωπον μάχης καὶ ἄνθρωπον ἀηδίας πάσης τῆς γῆς —— οὐδὲ ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἀπὸ καταρῶν. Ita (*i*) Judaeus noster, nec proxime ad Hebraei ne-

(*d*) *De Temulent. p.* 244. *D.*
(*e*) *Obser. Sacrar. p.* 634. *Ed. Fabric.*
(*f*) *De Ecclef. Theol. L. III. p.* 152.
(*g*) *De Cherubin. p.* 114. *E.*
(*h*) *Vid. Deuteron. XXXII,* 6. *Psalm.* *CXXXVIII,* 13.
(*i*) *De Confus. Linguar. p.* 326. *D.*

neque ad Alexandrini codicis fidem adpropinquans. Voluit, quicunque tandem versionis concinnator & verborum eorum promus condus fuit, liquidius declarare איש ריב ואיש מדין, quod paullo illi melius processisset, si ἄνθρωπον μάχης καὶ ἄνθρωπον ἀντιδικίας amplexus fuisset: atque haud scio, an id in *Philone* olim fuerit; nexus & orationis cohaerentia id certe desiderare videntur. Debuerat praeterea ille interpres ἀπὸ τῶν καταρωμένων, ut cum Hebraeis recte congruerent, admittere: quamquam fieri potuit, ut non insolito sibi more *Philo* ejus verba non nihil inmutarit, quod citra controversiam conmissum in οὐδὲ ἡ ἰσχύς μου. nam negandi vocem Prophetae sententia prorsus adspernatur, nec in ullis Graecorum aliorumve interpretum exemplaribus ea obviam fit. Ut ut fuit, exstat in illis manifestum discordiae *Philonem* inter & veteres interpretes, quos οἱ LXX. vulgo adpellamus, specimen; quod utrum librariis, quibus plura de hoc genere inviti debemus, acceptum sit referendum, an ex alia versionis editione propagatum fuerit, non decerno. Id mihi quidem satis constat, in hunc usque diem non liquere, ex *Aquilae* interpretatione isthaec depromta esse.

Atque ita obtinuisse mihi, quod proposueram, videor, *Philonem* Judaeum Alexandrinorum versionem in exscribendis veteris Testamenti verbis sedulo sectari, nonnunquam ab ea quidem parum dissociari, sed aut ornatus orationis gratia, aut amanuensium delicto, aut suo: cum *Aquila* minime consentire; si quae dentur in commentariis versionis illius indicia, ea pleraque omnia vel intempestivis antiquariorum scholiis, ex Hexaplari *Origenis* editio-

tio-

tione arcessitis, tribuenda, vel dubiae esse auctoritatis. Jamque adeo sine mora ad *Platonem* digredi possem: patere tamen, Clarissime Vir, ut nos *Philo* paullisper detineat & moretur. Notissima tibi est ἑορτὴ καὶ πανήγυρις, sive illa sollemnis festivi diei concelebratio, quam in insula Pharo & a Judaeis & a Graecis, in memoriam absolutae isthic olim sacrorum Mosis librorum versionis, frequentatam sua etiam aetate (*k*) prodidit: in qua quidem ornate enarranda a veri tramite transversum non esse actum, in confesso res est. De caussa instituti & diutissime continuati sollemnis ludi alia omnia viri eruditissimi (*l*) meritissimo opinantur. Unde ergo orta consuetudo? Puto rudimenta quaedam esse *Majumae*, quo ludi spectaculique genere per Orientis provincias, Occidentis etiam deinceps, cives ad maris littus sese exhilarare (*m*) consueverunt: huic sanequam pulcre convenire videntur omnia, & haec inprimis, οἱ μὲν πηξάμενοι σκηνὰς ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ, οἱ δ' ἐπὶ τῆς αἰγιαλίτιδος ψάμμου κατακλίνοντες ἐν ὑπαίθρῳ μετ' οἰκείων καὶ φίλων ἑστιῶνται. exprimunt enim eleganter illa ipsa *Hilaria*, sed nondum libidinibus, ut labente aetate, infamia. Jam locuples si desideretur testis, *Majumam* Pharo insulae adsignans, recentiorem illum quidem, sed talem dabo, e quo cognosci, & morem illum esse perantiquum, & ipsum *Majumae* nomen insulae proprium fuisse factum, poterit. *Majumetes hic erat*, inquit *Actorum* (*n*) *S. Cyri* auctor, *non ex Gazenzium Majuma prodiens*,

(*k*) *De Vit. Mosis L. II. p.* 660.
(*l*) *Vid. Ill. Scaliger. ad Euseb. Chron. an. MDCCXXXIV.*
(*m*) *A. Rivinus de Majumis C.* 5.
(*n*) *Acta Sanctor. Antverp. T. II. Januarii p.* 1090.

diens, ſed ex illa Alexandrinorum, quam Pharus, quondam inſula, complectitur, quaeque nunc Alexandriae cum inſulana civitate conjunctae pars habetur, vetere Majumae nomine adhuc retento. Quod hominis teſtimonium ea luce hanc ſuſpicionem circumdat, ut illa vero & ſimilis & proxima videatur. Itaque verbum non amplius addo.

Venio ad *Platonis* Epiſtolam decimam tertiam, cui ſtatus controverſiam viri doctiſſimi moverunt ſaepe. Diſtrictum & atrox de ea *Leon. Aretini, Marſilii Ficini* atque aliorum judicium omitto: abunde haec *Serrani* erunt: *tertiam* (o) *decimam, ut plane* νοθευομένην, *nec genuini quicquam prae ſe ferentem in* νοθευομένων *claſſem relegamus.* Quae ego quum vehementer mirarer, viſum fuit ad V. C. *Jo. Alb. Fabricium* adire, &, quid illi animi fuerit, explorare: nec inde tamen multo certior doctiorve abii; neſcire ſe (*p*) ait, quare in *Platonis* editionibus Epiſtolae XIII. Criticorum νοθεύεται praefigatur, cum a *Thraſyllo* & *Laertio* agnoſcatur; nam quod de duumviris illis adfirmatur, id robore atque auctoritate non deficeretur, ſi nominatim tertiae decimae meminiſſent: id vero ſecus habet; quatuor ad Dionyſium fuiſſe Epiſtolas (*q*) perhibent, amplius nihil. Qui nuper admodum de Philoſophi Epiſtolis data opera commentatus eſt, vir eruditione & dignitate eminentiſſimus *Angelus Maria Quirinus*, genuinam pronuntiavit, poſſe tamen, ſicuti *Eruditi* (*r*) *Lipſienſes* docuerunt, haud pauca in contrariam partem

(*o*) *Tom. III. Op. Platon. Edit. Steph. p.* 307.
(*p*) *Bibl. Graec. L. II. C. X*; 16.
(*q*) *Diogenes Laert. L. III.* 61.
(*r*) *Actor. Anni* CIↃIↃCCXLIV. *p.* 294.

tem adferri ſuſpicionibusque eam premi. Equidem, ſi eminentiſſimi viri ſententia dividatur, nihil cauſſae video, cur in priorem pedibus ire recuſem: poſt exactum enim & ſaepius iteratum Epiſtolae examen animadvertiſſe mihi videor, haud levem illi injuriam a Criticis fuiſſe injunctam. Tu videris, Vir Celeberrime, an opinione falſus ſim: ego vero, ne diſputatio a recto tramite aberret, Epiſtolam in partes ſecabo, quarum prior verbis καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ (s) abſolvitur. Hanc puto nihil omnino conplecti, quod aut *Platonis* ingenio, aut eruditione, aut temporum, quibus exarata eſt, conditione indignum ſit; immo vero ea nobis copioſe ſuppeditare, quae veteres eruditique ſcriptores ex limpido Philoſophi fonte manaſſe conſtanter aſſeverarunt. Non utar ambagibus, nec te ſine cauſſa morabor. Conſideremus haec (t) *Plutarchi*, χρησαίμην ἂν ἴσως χαλινῷ, τῇ Πλάτωνος εὐλαβείᾳ· καὶ γὰρ Ἑλίκωνα τὸν μαθηματικὸν οὕτως ἐπαινεῖν φησὶν, ὡς φύσει ΕΥΜΕΤΑΒΟΛΟΝ ζῶον. neque iſthaec (u) ejusdem negligamus: καὶ τὸν φίλον (οἶδα) ἄνθρωπον ὄντα, φύσει ΕΥΜΕΤΑΒΟΛΟΝ ζῶον, ὡς ὁ Πλάτων εἶπεν. Quae ubi tandem locorum in *Platone*, ſi haec Epiſtola in ſpuriis & rejiculis ſit cenſenda reperiemus? Δεδιὼς ᾗ λέγω ταῦτα, *Platonem* audis de Helicone Mathematico hac litterarum in particula, ὅτι ὑπὲρ ἀνθρώπου δόξαν ἀποφαίνομαι, οὐ φαύλου ζώου, ἀλλ' ΕΥΜΕΤΑΒΟΛΟΥ. Proſpicio non defuturos, qui & alibi Philoſophum de homine eam ſententiam dicere potuiſſe opinentur, leveque adeo hoc patrocinium videri. Demus hoc illis, modo

(s) *P.* 360. *Edit. Steph.*
(t) *De Ira Cohib. Tom. II. p.* 463. *C. Ed. Xyland.*
(u) *De Animi Tranquillit p.* 474. *D.*

modo liquido ostenderint, nominatim de Helicone Mathematico illud ipsum scriptis suis Platonem inseruisse: quod quidem nusquam, nisi memoriae meae ludibrium debeo, repertum iri confido. Fac tamen; quid his facient ejusdem (*x*) *Plutarchi?* Πάλιν ὁ Πλάτων Ἑλίκωνι, τῷ Κυζικηνῷ διδοὺς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολὴν, ἐπήνεσεν αὐτὸν ὡς ἐπιεικῆ καὶ μέτριον. εἶτα προσέγραψε τῇ ἐπιστολῇ τελευτώσῃ. Γράφω δέ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου, ζώου φύσει ΕΥΜΕΤΑΒΟΛΟΥ. Namque ea ex Epistola hac XIII. *Plutarchum* mutua sumsisse, ne Pyrrho quidem addubitaverit, si Philosophum haec Dionysio Tyranno perscripsisse intellexerit: Ἔστι δὲ ὄνομα μὲν Ἑλίκων· τὸ δὲ γένος ἐκ Κυζίκου· μαθητὴς δὲ Εὐδόξου &c. atque istis illa adstruxerit, quae paullo superius indidem descripta sunt. Adjungi his opportune nunc possent, quae *Plato* de Archyta, ejusque ad Dionysium accessu admiscuit, nisi illis deinceps locus conmodior foret. Satis de ineuntis Epistolae parte: Altera ad finem usque devolvitur, non illo quidem dictionis lepore nec structurae elegantia, quam omnes semper in Philosophi commentariis demirati meritis laudibus praedicarunt, florescens: quod, quoniam in rerum tenuium & privatarum ac paene domesticarum enumeratione occupatur, nemini mirum accidet. *Photius*, haud absurdus cultae atque ornatae orationis judex, *Platonem* in epistolis non eo dictionis splendore praenitere, neque ita, ut alibi, eminere, dudum (*y*) conmonefecit. Et haec tamen sermonis cultusque discrepantia viros sagacissimos & de Philosopho haud male meritos in eam opinionem, ut universam Epistolam, quae sub

(*x*) *De Vitioso Pudor.* p. 533. *B. C.*
(*y*) *Epist. CCVII.*

ſub manu eſt, νοθείας ream agerent, conpuliſſe videtur. Non ita *Euſebius*, non *Theodoretus*, Theologi inter veteres Chriſtianos ſane quam docti & prudentes. Ille, ut unum duntaxat a *Platone* Deum, ſummum rerum omnium auctorem, fuiſſe agnitum teneret, ex Philoſophi ad Dionyſium litteris haec (z) in medium profert: περὶ δὲ τοῦ συμβόλου τοῦ πρὸς (περὶ) τὰς ἐπιστολὰς, ὅσας τε ἂν ἐπιστέλλω σπουδῇ, καὶ ὅσας μὴ, οἶμαι μέν σε μεμνῆσθαι, ὅμως δὲ ἐννόει καὶ σφόδρα πρόσεχε τὸν νοῦν κ. λ., neque enim neceſſe arbitror, omnia, quae illis arte adhaereſcunt, excerpere, quum tibi, Vir Clariſſime, dudum in mundo fuerint atque ad uſus ſepoſita. Praetereo etiam, ne longum faciam, paria (a) *Theodoreti.* Id tantummodo diſputationis gratia admonere verbo debeo, iſthaec omnia in Epiſtolae parte, qua de agitur, lectitari. Haud me quidem fugit, bonos doctosque illos Theologos frequenter ob neglectum in advocandis ad partes veterum ſcriptis judicii ſeverius examen perſtringi atque acerbius traduci; cujus illi peccati ſive rei ſeu inſontes fuerint, nihil ad hanc controverſiam. Id mihi abunde nunc eſt, eorum aevo hanc Epiſtolam legitimis Philoſophi foetibus fuiſſe annumeratam, & verba, quae propoſita ſunt, prae ſe nihil omnino ferre, quod *Plato* tanquam alienum detrectare atque abnuere queat. Namque unum & ſingularem Deum divini ingenii virum commentariis & inſeruiſſe & veneratum fuiſſe, *Euſebius* & *Theodoretus* prolatis tabulis luculentiſſime patefecerunt, & praeter ceteros (b) *Auguſtinus* *Steu-*

(z) *Demonſtr. Evang. L. XI,* 13. *p.* 530.
(a) *Serm. II. ad Graec. Infid. p.* 27. *Ed. Sylb.*
(b) *De Peren. Philoſoph. L. V.* 1. *& ſeq.*

Steuchus. Quid si nunc ostendero *Plutarchum*, multis ante eorum memoriam annis hanc Epistolae XIII. partem *Platoni* asseruisse & adjudicasse clarissimum in modum? Auctor ille nobis est, Dionysium, ejecto e Sicilia Dione atque in Graeciam delato, de Arete, expulsi uxore, alteri nuptiis a se collocanda, serio deliberasse, abeuntique ex insula *Platoni*, semotis arbitris, mandasse, studiosissime exploraret, quo id Dion animo laturus esset? Philosophum, Athenas reducem, super ea re cum Dione, amico & discipulo, verba contulisse, datisque litteris tyrannum, tectius tamen, ne alii, quorsum ea tenderent, odorari possent, illo de negotio edocuisse. Diligentissimi scriptoris verba operae erit (*c*) interponere: Γράφει *Plato* πρὸς τὸν τύραννον ἐπιστολήν, τὰ μὲν ἄλλα σαφῶς πᾶσιν, αὐτὸ δὲ τοῦτο μόνον γνώριμον ἐκείνῳ φράζουσαν· ὡς διελεχθείη Δίωνι περὶ τοῦ πράγματος ἐκείνου καὶ σφόδρα δῆλος εἴη χαλεπαίνων, εἰ τοῦτο Διονύσιος ἐξεργάσαιτο. Sudabunt profecto plurimum, si qui ex *Platonis* ad Dionysium Epistolis, quae genuinae ab omnibus habentur, hujuscemodi quidpiam exsculpere adnitentur, operamque frustra, quod fidenter etiam atque etiam adfirmo, insument. Hanc, cujus vindicias profitemur, si in consilium adhibuerimus, expedita & plana omnia erunt. Τὰ μὲν ταῦτα, perscribit (*d*) Philosophus Tyranno, περὶ Δίωνος λέγοιμ' ἄν· τὰ μὲν οὖν ἄλλ' οὔπω ἔχω λέγειν, πρὶν ἂν παρὰ σοῦ ἔλθωσιν αἱ ἐπιστολαὶ, ὥσπερ ἔφης. περὶ μέν τοι ἐκείνων, ὧν οὐκ εἴας μεμνῆσθαι πρὸς αὐτὸν, οὔτε ἐμνήσθην, οὔτε διελέχθην. ἐξεπειρώμην δὲ εἴτε χαλεπῶς, εἴτε ῥαδίως οἴσει γιγνομένων. Καί μοι ἐδόκει οὐκ ἠρέμα ἂν ἄχθεσθαι,

εἰ

(*c*) *In Dione p. 966. E. T. I. Op. Edit. Xylandri.*
(*d*) *Oper. Platon. T. III. p. 362. E.*

οἱ γίγνοιτο. Certe divinus oportet ſit, qui, poſtrema Philoſophi quid ſibi velint, conjiciat, niſi *Plutarchi* iſtorum pulcre recordetur: aenigmata enim alioqui & gryphi quidam erunt, tenebris obſepti denſis, recteque adeo *Plutarchus*, cum ejus rei conmemorationem adgrederetur, περὶ οὗ, inquiebat, Πλάτων ᾐνίξατο, γράφων πρὸς Διονύσιον. Non equidem nego, *Platonem* inter & *Plutarchum* diſcordiae aliquid intercedere, quod tamen per leve eſt, neque hilum ſummae rei officit. Addamus ad ſuperiora, *Platonem* videri ſemper voluiſſe, dialogos, in quibus de Philoſophia deque re publica atque ejus legibus inter confabulantes actum fuit, non ſui ingenii ſed Socratici foetus eſſe. Διὰ ταῦτα, ſcribit Dionyſio (*e*) tyranno, οὐδὲν, πώποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα· οὐδ' ἔστι σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν, οὐδ' ἔσται. τὰ δε νῦν λεγόμενα Σωκράτους ἐστὶ, καλοῦ καὶ νέου γεγονότος. Idem (*f*) alibi repetit, neque hac Epiſtolae XIII. in parte illam ſcriptionis gloriam in Socratem derivare oblitus eſt, moris inſtitutique ſui pertinax. Sic de Cebete, γεγραμμένος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Σωκρατείοις λόγοις μετὰ Σιμμίου Σωκράτει διαλεγόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ. Jam ſi omnium conſenſione illi libri conmentariique, qui ſcriptorum indolem & dictionis eorum habitum accurate referunt; qui rebus, illorum aetate geſtis, bene congruunt, quique poſt longiſſimam hominum memoriam illis, unde veniſſe creduntur, doctis a viris addicti & proprii ſaepe ſunt traditi, atque ea praeterea continent omnia, quae pluribus ab hinc ſeculis in illis inveniri poſſe proditum fuit, quid ultra de hac *Platonis* Epiſtola XIII. haerebimus dubii atque ancipites

(*e*) *Epiſt. II. p.* 314.
(*f*) *Vid. Leon. Allat. de Scriptis Socratis Dialog. p.* 91.

cipites? A me quidem hactenus in medium producta & collata haud difficulter inpetraverunt, ut non minus legitimam, quam reliquas ad Dionysium datas, arbitrer. Atque haec dum meditor & apud animum iterum iterumque revolvo, ultro me suspicio incessit, quam te, Vir doctissime, celare incoepti ratio non patitur: Videlicet non unam hanc olim epistolam fuisse, sed duas; utramque illis partibus absolvi, quas superius ordinis in hac disquisitione servandi caussa finivi. *Platonem* quatuor epistolis cum Dionysio juniore variis de rebus sermones miscuisse, *Thrasyllus* apud (*g*) *Diogenem* ita docet, ut dubio res sit libera. Haec si valeat suborta mihi opinio, earum nulla intercidit, numerusque, quem vetusti auctores nobis designarunt, rotundus justusque est. *Plutarchum*, cujus auxiliaribus copiis toties conmodissime usus fui, rursus in aciem produco. Πάλιν ὁ Πλάτων (*b*), ait, Ἑλίκωνι τῷ Κυζικηνῷ διδοὺς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολὴν, ἐπῄνεσεν αὐτὸν ὡς ἐπιεικῆ καὶ μέτριον. εἶτα προσέγραψε τῇ ΕΠΙΣΤΟΛΗΙ ΤΕΛΕΥΤΩΣΗΙ. Γράφω δέ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου, ζώου φύσει εὐμεταβόλου. Quae quidem optimi scriptoris, nisi me omnia fallunt, hoc praeter alia conmonstrant, *Platonem* litteras Heliconi Mathematico, domo Cyziceno, conmendatitias ad Dionysium tradidisse, quibus extremis adscripta fuerit egregia & notabilis de homine, in utramque partem mobili & versatili animante, sententia. Haec vero belle in priorem Epistolae XIII. partem conpetere, unasque adeo & integras fuisse quondam litteras, cur operosius declarem? Unusquisque sine monitore animadvertit, Heliconi

(*g*) *Lib. III*, 61.
(*b*) *De Vitios. pudor. p.* 533. *C.*

ni in manus fuisse datam, Dionysio perferendam, illiusque in fine ea nunc quoque omnia conspici, quae in extima *Plutarchi* animum de homine exarata consignataque adverterunt. Itaque consequens esse videtur, ut pars altera aliam olim Epistolam absolverit. Quam rem ipsa, modo cum cura consideretur, dubiam non sinet. Qui enim eam Dionysio tradendam accepit, Helico non est, verum Leptines. Τὸν μὲν Ἀπόλλω —— ἄγει σοι Λεπτίνης. tum περὶ δὲ φυτῶν Λεπτίνης σοι ἐρεῖ. porro νῦν δὲ Λεπτίνου πυνθάνου. quibus (*b*) gemina hac parte Epistolae XIII. conplura. Leptinen certe ita Dionysii in gratiam insinuat Philosophus, ut, collaudata hominis facilitate atque humanitate, dignissimum censeat, qui pecuniam ab eo auferat locupletiorque domum redeat. Huc si adjunxeris, materiam litterarum longe longeque aliam ac partis esse superioris, non certe tibi, Vir Praestantissime, absurdus videbor, si *Plutarchi* in judicio acquiescens decimam tertiam Epistolam in duas dissecuero, & utramque *Platoni*, uti fas & aequum postulant, restituero. Superest, ut parum operae ad ordinem conferam tempusque constituendum, quo quatuor *Platonis* ad Dionysium Epistolae datae olim transmissaeque sunt, idque ea propter, ut in posterum res expeditior & magis in vado sit. Equidem primam omnium multis de caussis eam existimo, quae partem priorem Epistolae XIII. conplectitur. Scripta est non multo post alterum Philosophi ex Sicilia reditum, cum ipse & Tyrannus in bona adhuc essent gratia, adeoque circa annum Olympiadis CIII. quartum. Nihil sane hic querelarum obvium, nullumque doloris indicium litterae praeferunt. Conmen

(*b*) *Vid. p.* 362. 363. *T. III. Oper. Plat.*

mendant praeterea Heliconem Tyranno de meliore nota, quem tertio Platonis in insulam adventu, sive (*i*) anno 11. Olympiadis CIV. in Dionysii familiaritate fuisse, locuples auctor (*k*) *Plutarchus* est. Meminerunt etiam Archytae atque ejus in Siciliam ad Tyrannum itineris; cui quidem Pythagoreo Philosophus Dionysii gratiam atque amicitiam prius conciliarat, quam ab illo in Graeciam digrederetur, eodem (*l*) teste. *Plato* ipsemet (*m*) asseverat, sese in Graeciae fines reverso, Archytam ad Dionysium in Siciliam invisisse. Secuta hanc altera est, quae postremam huc usque Epistolae XIII. partem conplexa terminavit, sub idem, quo prior, tempus exarata. Id ut opiner, ea mihi persuadent, quae de Dionis voluntate, si uxorem ejus Areten Dionysius alii nuptum traderet, occultius atque inpeditis verborum anfractibus (*n*) perscribuntur: namque illa non longe post Philosophi patriam in urbem reditum usu venisse, *Plutarchus*, sicuti superius significavi, in ambiguo esse minime permittit. Tertia ea est, quae in editis secundum nunc occupat locum, conposita anno 1. Olympiadis CIV. aut circa; adfuit certe Plato quum ea aestate sollemnes in Peloponneso ludi celebrarentur, criminatique ejus sunt inimici, conpluria tum in Dionysium per figuras atque asperius (*o*) jacta praesente eo fuisse. Missa proinde post ludos, & illo fortasse tempore, quo Tyrannus blandissimis eum litteris in Siciliam,

(*i*) *Vide Addend. ad Diodori Sic. Tom.* 11.
(*k*) *In Dione p.* 966. *A.*
(*l*) *Ibid p.* 965. *D.*
(*m*) *Epist. VII. p.* 338. *C.*
(*n*) *Epist. XIII. p.* 362. *E.*
(*o*) *Epist. II. p.* 310. *C.*

liam, etsi frustra (*p*) arcessebat. Quarta non alia est quam cui tertium editores inter Platonica locum finiverunt: dedit istam ad Dionysium, postquam amicorum opera illius ex laqueis altera sese vice expedivisset, & salvus in Graeciam anno I. Olympiadis CV. (*q*) revertisset: plena hinc suspicionum est & exprobrationum, quibus Tyranno Philosophus parem refert gratiam. Atque haec quidem, si Dionysii, Dionis Platonisque res, uti oportet, digerantur, & suis singulae reddantur annis, obscuri nihil relinquent. In *Diogene Laertio*, non utique in his cum cura versato (*r*), isthaec mihi parum molesta sunt: adfirmat in Sicilia a periculo non afuisse Platonem, ὡς ἀναπείθοντα Δίωνα καὶ ΘΕΩΤΑΝ ἐπὶ τῇ τῆς νήσου ἐλευθερίᾳ. Haud enim exputare possum, unde *Theotam* sive *Theondam*, namque libri non constant sibi, in hoc theatrum collocarit. *Theodotes* Dionis & Platonis amicus, ob cujus familiaritatem Philosopho Tyrannus (*s*) toties succensuit, mihi cognitissimus est. *Theodotem* quoque cum Dione in crimen esse raptum, ac si ambo περὶ τῆς καταλύσεως τῆς ἀρχῆς deque libertate Siciliae reddenda, consilia iniissent, testem habeo (*t*) *Plutarchum.* At hoc viderint alii. Tu vero, amicissime vir, promissa de *Philone* ac *Platone* non flagitabis amplius, opinioni tuae parum fortasse responsura: nec sic tamen abibis, quin corollario prius adspergeris; quod quidem si tibi ingratum eveniet, recordare, quaeso, quoties

(*p*) *Epist. III. p.* 317. *B.*
(*q*) *Epist. VII. p.* 350. *B.* & *Plut. Dion. p.* 966. *B.*
(*r*) *L. III. C.* 22. *p.* 178.
(*s*) *Vid. Epist III. p.* 318. *C.* & *VII. p.* 348.
(*t*) *In Dione p.* 963. *A.*

ties mecum de litterarum brevitate ſis conqueſtus. Dabitur autem haec, pace tua, opera elegantis ingenii matronae *Probae Falconiae*, cujus *Virgiliano Centoni* praeſcribi video, *ad Honorium Auguſtum, Theodoſii Magni F. & Arcadii Auguſti fratrem.* Puto cum vero ea, ſive ingenio *Julii Roſcii*, a quo inſcriptio *Centoni* eſt praepoſita, ſeu ſcriptis e *Vaticano* ſchedis debeantur, vehementer pugnare. Non me fugit, viros eruditionis fama celeberrimos (*u*), *Juſt. Fontaninum* & (*x*) *Jo. Alb. Fabricium*, pluresque alios a partibus *Julii Roſcii* ſtare, *Centonemque* Honorio Aug. inſcribere, jurene an injuria poematis initium declarabit:

Romulidum ductor, clari lux altera ſolis,
Eoi qui regna regis moderamine juſto,
Spes orbis fratriſque decus, dignare Marone
Mutato in melius divinum agnoſcere ſenſum,
Scribendum famulae quem juſſerat —

Adloquitur matrona Orientis Imperatorem, quo ego honore inſtructum fuiſſe Honorium inaudire minime memini. Adfirmat *Juſt. Fontaninus* V. C. fateor, *Honorius*, inquiens (*y*), *quando haec carmina ſcripta fuerunt, jam in Oriente dominabatur, ubi tamen ſalutatus non fuit Caeſar ante annum CCCXCIII.* A cujus opinione de anno, quo Auguſtus eſt conſalutatus, nihil diſſentio. At Honorium, quamvis in Oriente ad id honoris eſcenderit faſtigium, Orientis fuiſſe Imperatorem unde cognoſcitur, quisve veterum litteris conſignavit?

(*u*) *Antiq. Hortae. L. II. C.* 2.
(*x*) *Biblioth. Lat. Med. aevi T. II. p.* 439.
(*y*) *Antiq. Hortae. p.* 207.

navit? Quid porro, ſi ad Honorium *Falconia* ſuum *Centonem* tramiſit, his fiet?

Haec relegas, ſerveſque diu, tradaſque MINORI
Arcadio; haec legat ille ſuo generi: haec tua ſemper
Accipiat, doceatque ſuos Auguſta propago.

Minorne frater Honorii Arcadius? Id in opinionem veniſſe, debuit ſane, doctiſſimo viro ſuſpiceris: *Inde eruitur*, haec ſuperioribus adnectit, *Centones iſtos a Proba conſcriptos juſſu Arcadii junioris, cui ut legendi exhibeantur, eadem poſtulat ab Honorio:*

Haec relegas, ſerveſque diu &c.

Equidem id inde nullis tormentorum fidiculis eruere poſſum, Arcadiumque novi Honorio aetate & Auguſtea dignitate haud paucis annis priorem. *Proſper Aquitanicus*, ſi quid ambigui res habeat, tollet (z) penitiſſime. *Honorius etiam Theodoſii MINOR filius, Chriſtiana religione ac devotione praeditus, templa omnia — eccleſiis contulit.* Paret ergo, *Centonis* initium Honorio Auguſto minime conpetere, falſamque eſſe inpactam illi a *Julio Roſcio* inſcriptionem. Ad quem itaque doctiſſima femina poema iſtud miſit? Mihi quidem dubium nullum eſt, quin Theodoſium, quae (*a*) *Jac. Uſſerii*, viri magni, animo opinatio arriſit, verba conmonſtrent. Is utique Orientis

(z) *De Promiſſion. & Praedicttion. Dei Part. III. Promiſſ.* 38.

(*a*) *Britan. Eccles. Antiq. C.* 16. *p.* 404.

tis Imperator filium agnovit Arcadium, potuitque adeo *Arcadio minori*, quod *Centonis* Auctor postulat, ea omnia tradere. Neque hilum huic opinioni officit *spes orbis*, uti matrona canit, *fratrisque decus*. Nam FRATER Valentinianus II. est, non ob sororem Gallam Theodosio enuptam, quae *Jac. Usserio* sententia, a *Just. Fontanino* rectissime repudiata, fedit: sed quod Orientis Occidentisque Imperatores FRATRES & haberentur & dicerentur. Atque hoc, quoniam doctissimis viris, ut in Honorium & Arcadium tanto inpetu ruerent, fraudi fuit, ejus aetatis scriptorum testimoniis ita muniri quitum est, ut extra controversiae aleam maneat. *Claudius Mamertinus* (*b*) de Maximiano & Diocletiano, *revera enim*, ait, *sacratissime Imperator*, *merito quivis te, tuumque FRATREM Romani Imperii dixerit conditores.* tum (*c*), *haec omnia cum a FRATRE optimo oblata susceperis*, *tu fecisti fortiter.* Praeterea (*d*), *qui germani geminive FRATRES indiviso patrimonio tam aequabiliter utuntur?* Diocletianum tamen & Maximianum Augustos nemo unus natura fratres perhibuit: *fratres* erant *virtutibus*, uti idem (*e*) *Mamertinus*, sive (*f*) *castra*, *praelia*, *paresque victorae* eos *fecerant fratres.* Omitto (*g*) *Lactantium*, ad quem plura de hoc genere eruditissimos viros *Steph. Baluzium* & *Gisb. Cuperum* conduxisse optime recordaris: nec tempera-

(*b*) *In Panegyr. Maximiano Aug. dicto* C. 1.
(*c*) *Ibid.* C. 4.
(*d*) *Genethl. Maximiani Aug.* C. 6.
(*e*) *Panegyr. Maxim.* C. 9.
(*f*) *Genethl.* C. 7.
(*g*) *De Mortib. Persec.* C. 8.

perare tamen possum, quin isthaec *Petri Chrysologi* in medium (*h*) conferam: *Frequenter fieri videmus, ubi regum vel fratrum tabulae depinguntur, ut inter utrosque unanimitatis declarentur insignia, artifex pictor feminea babitu post tergum utriusque Concordiam statuit, quae bracbiis suis utrumque conplectens indicet, quod bi, qui videntur corporibus separati, sententiis & voluntate conveniant.* Sunt enim ad hunc morem egregie accommodata, & lucem (*i*) *Lactantio* foenerantur. Id quidem abunde declaratum mihi persuadeo, Valentinianum II. Theodosii Magni *fratrem* bellissime ex eo more censeri, meritoque Theodosium *fratris* hujus *decus* a *Proba Falconia* nuncupari. Jam cum in toto *Centone* nulla Honorii recurrat mentio, non longe ab ea absum opinione, conpositum digestumque eum videri ante annum aerae conmunis, quo lucis usura Honorius perfrui (*k*) coepit, CCCLXXXIV. Quem quidem *Centoni* finem terminumque validius constituerem, nisi cum eo mihi sermo esset, cui in hujusmodi disquisitionibus pauca sufficiunt. De vetere & inter Christianos celebratissimo Hymno defungar brevi. *Polycarpus Leyserus* V. C. hoc *Venantii Fortunati* ex codice *Mindensi* carmen eruit, & publico, quoniam editum inter ejus poemata nusquam, sicuti adfirmat, minime (*g*) negavit:

Crux

(*h*) *Sermon. CXLIX. p.* 179. *Ed. Venetae.*
(*i*) *De Mortib. Persec. C.* 42
(*k*) *Vid. Pagi Critic. ann. CCCLXXXIV.* 4.
(*l*) *Histor. Poëtar. Aevi Med. p.* 168.

Crux fidelis inter omnes
Arbor una nobilis:
Nulla silva talem profert
Fronde, flore, germine.
Dulce lignum, dulce clavo,
Dulce pondus sustinens.
Pange lingua gloriosi
Praelium &c.

Idem ex *Leysero* repetitum V. C. *Jo. Alb. Fabricius* dignissimum existimavit, quod in (*m*) *Bibliothecam Latinam* adderetur. Ego vero vehementer demiratus utrumque sum, & vicem humani ingenii memoriaeque, id considerans ipsum, dolui. Ambo doctissimi viri frequentissime legerant nobilissimum veteris Ecclesiae Hymnum, versibus trochaicis molliter fluentem:

Pange lingua gloriosi praelium certaminis,
Et super crucis tropaeo dic triumphum nobilem,
Qualiter redemtor orbis —— ——

Ambo illum Venetae *Jac. Salvatoris Solanii* operum *Fortunati* editioni insertum haud sane ignorabant, neque neglectum a *Georg. Fabricio*, neque a *Christoph. Browero* in Edito Moguntino, nec a *Georg. Cassandro* inter Hymnos Ecclesiasticos fuisse. Una tamen Odes strophe, loco in schedis *Mindensibus* inprudenter mota, has utrique tenebras offudit; suam illa in sedem si, uti decet, rerevocetur, Hymnus *Venantii Fortunati*, sive, quae non absurda doctissimorum (*n*) virorum conjectu-

(*m*) *Biblioth. Lat. Med. Aevi p.* 545. *Tom. II.*
(*n*) *Vid. Savaron. & Sirmond. ad Sidonii Epist. L. IV*, 3.

jectura, *Mamerti Claudiani*, purus putusque erit. Quod quidem genus cum vitio humani ingenii omnibus praeter opinionem saepe accidat, equidem loquacissimae epistolae modum pono, atque e te, Amice integerrime, etiam atque etiam iterum contendo, ut de his, quae hactenus disputata fuerunt, arbitrium facias, rationemque amicitiae, sic inter nos a prima juventute, ut in gratiam nunquam redierimus, cultae, seponas omnem: tuo judicio stabunt cadentque universa. Ita Vale Trajecti ad Rhenum a. d. VIII. Kalend. Junii CIƆIƆCCXLVIII.





ERRATA

Pagina IV. lin. 10 dele *ex*. VIII, 8. lege περὶ τὸν. XVI, 10. τὸν. XX, 16. פח. XXIX, 31. ἀλλὰ. XXXIII, 25. *Jerem.* XV, 10. XXXV, 20. ἐπὶ. XL, ult. ἠρέμα. XLI, 16. ἐγὼ. XLVIII, 25. *Victoriae*.